L·ANNAEI FLORI

EPITOMAE LIBRI II

ET

P·ANNII FLORI

FRAGMENTVM DE VERGILIO ORATORE AN POETA

EDIDIT

OTTO ROSSBACH

LIPSIAE

IN AEDIBVS B·G·TEVBNERI

MDCCCLXXXXVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PARENTIBVS DILECTISSIMIS

B·M·M·C·

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιητέον,
ἀγαθῶν δὲ πολλῶν παῦρα ταῦτ' ἀλλάττομαι.

PRAEFATIO EDITORIS

Tardos illos quidem sed certos et efficaces esse artis criticae in veterum scriptorum libris exercitatae progressus nescio an nullo alio exemplo luculentiore aut manifestiore comprobari possit quam Flori epitoma quae fertur historiae Romanae. qui libellus cum ob operis Liviani raritatem et amplitudinem medii aevi et antiquitatis renascentis temporibus in deliciis non solum virorum doctorum esset[1]), sed etiam puerulis in scholis ad discendam historiam proponeretur[2]), dici vix potest quan-

1) Petrarca, qui Flori *florentissima brevitate ad inquirendas T. Livii reliquias se animatum esse* ipse professus est, quanti illum fecerit videsis apud P. de Nolhac 'Pétrarque et l'humanisme' p. 244 sq. Ph. vero Beroaldus in epistula ad P. M. Rubeum Flori editioni praemissa haec dixit: *omnia L. Florus — — — ita scite collegit, ita enucleate distinxit, ita breviter enarravit, ut cuncta tanquam in illustri posita monumento intueri et comprehendere facillime queas. disertus est vehemens, distinctus varius, brevis concinnus cum splendore ac luce verborum.*

2) ex magno similium testimoniorum numero duo tantum ignotiora proponam e libris manu scriptis epitomae saeculi XV petita, alterum Taurinensis 1057: *Nemo verius Nemo brevius Nemo ornatius scripsit.* (cf. infra de 'prologo'), alterum codicis bibliothecae publicae oppidi Gallici Arras nr. 902: *Rob. Gaguinus L. Annei Flori lectoribus salutem optat: Quos nulla in terris concluserat ora Quirites Hec Flori obstrictos parva tabella capit; Et quaeque* (l. *quaequae*) *eximia produxit Livius arte Bella duces pompas rite coacta tenet. Quo* (l. *Quod*) *vere exemplo vobis sperate futurum Qui fama et quaestu fertis in astra gradum: Post tumidos nisus, post seva pericula sortis Ad manes raptos vos brevis urna teget.* — atque adeo saeculo decimo septimo Flori nomen in eam notionem abiit ut quorumlibet historiam bellorum significaret. itaque E. Wassenbergius Embricensis seriem bellorum tunc in Germania gestorum et a

tam labem iam in libris manu scriptis addendo omittendo mutando interpolando traxerit. arte autem typographica inventa calamitas etiam aucta est. cum enim is qui editionem principem Parisiis anno fere MCCCCLXX curavit codicem ut fit pessimae notae operis describendum tradidisset[1]), a viris eruditis qui post eum Floro operam navarunt pauca emendata multo plura novis vitiis deturpata sunt, donec duumviri Claudius Salmasius, cuius *castigationes* Ianus Gruterus publici iuris fecit, et Ioannes Freinshemius recensionem atque emendationem mirum quantum promoverunt. hic enim egregia historiae Romanae et linguae Latinae cognitione imbutus plura vitia sustulit quam quisquam ante eum, ille non solum perspecta codicis Nazariani bonitate, sed etiam alterius recensionis vestigiis apud Iordanem detectis firmiora fundamenta iecit quibus emendatio inniteretur. quos qui subsecuti sunt viri eruditi Batavi et Germani praeter I. G. Graevium, qui primus Florum magis rhetoribus quam historicis accensendum esse ostendit, neque recensendo neque explicando multum praestiterunt. regnabat igitur et anxie servabatur in hoc quoque antiquitatis monumento vulgata illa quae dicebatur lectio usque ad C. Lachmanni, immortalis viri, aetatem. is enim Floro non tantum viae et rationis qua veteres scriptores edendos esse docuerat exemplo profuit, sed sciebat in bibliotheca Bambergensi, quae tunc cum maxime Iaeckii laudabili opera virorum doctorum studiis recludebatur, codicem servari cuius ope Florus insigniter emendari

---

se stilo Floriano descriptam *Florum Germanicum* appellavit. qui liber septimum Dantisci anno MDCXXXXII recusus est et quinquennio post Germanice versus et cum inscriptione *Erneuverter Teutscher Florus* Amstelodami apud L. Elzevirium editus.

1) pariter cum poetarum nostratium ʻopera' typis repeterentur, pessima et recentissima quaeque exemplaria atque adeo ea, quibus a plagiariis turpissima menda adspersa essent, prelis tradita esse constat.

posset[1]. cuius thesauri notitiam cum non, qui est mos pauperis ingenii virorum, alios anxie celasset, sed cum iis quorum eum cognoscere interesset libere communicasset, factum est ut post Seebodii operam mentione vix dignam, ad cuius editionem anno MDCCCXXI Lipsiae emissam egregius ille liber exiguo cum fructu adhibitus est[2], summus vir et Lachmanni discipulus atque amicus, Otto Iahnius hanc provinciam sibi deligeret et tantopere immutatum exemplar Lipsiae anno MDCCCLII publici iuris faceret ut vulgatum illum Florum in vero Floro frustra requireres. neque enim solum ex optimo codice permulti loci qui in alterius recensionis libris corrupti legebantur in integrum restituti sunt, interpolationes expulsae, lacunae satis magni spatii expletae, verum etiam haud pauca quae ne in illo quidem deerant menda aut ab Iahnio ipso aut ab amicis eius, egregii acuminis viris, C. Halmio M. Hauptio Th. Mommseno sublata.

At quod haut raro usu venit thesauro reperto ut prae summis eius virtutibus inventor ad vitia caliget, idem Iahnio quoque accidit. quamquam enim alterius recensionis libros manu scriptos non prorsus neglexit, tamen ita sordebant ei prae Bambergensis bonitate ut satis multas eorum scripturas immerito a Flori oratione excluderet. id quod cum alii perspexerunt tum H. Saup-

---

1) 'Iuli Flori epitomae libri duo rec. et emend. Otto Iahn' p. III. iisdem annis quibus Iaeckii descriptio bibliothecae Bambergensis prodiit, inter cuius libri 'subscribentes' Lachmannus memoratur, Iahnius adulescens universitatis Berolinensis civibus adscriptus erat (cf. A. Michaelis in libro 'Allgemeine deutsche Biographie' XIII p. 669).

2) 'L. Annaei Flori epitome rerum Romanarum ad libros mss. Bambergensem Nazarianum duos Parisienses duos Monacenses etc. rec. Godofredus Seebode'. ne magna quidem illa lacuna, quae II 18, 2 in omnibus libris hiat praeter Bambergensem, ab eo expleta est. nam in textum nihil recepit, sed in adnotatione tantum indicavit quae deessent 'e codice perantiquo in commentariis' restitutum iri. verum hi commentarii nunquam lucem viderunt.

pius, qui libello academico 'de arte critica in Flori bellis recte facienda' Gottingae anno MDCCCLXX edito praeclarum verae et sincerae criticae exemplum proposuit[1]). cum autem aliquot tantum exemplis quam viam ineundam esse putaret significavisset, certatim alii viri docti concurrerunt ut scriptoris temporum iniuria male habiti alios locos sanarent. ex quorum numero mentione dignissimi sunt Franciscus Koehlerus qui in 'observationibus criticis in Iulium Florum', dissertatione Gottingensi anni MDCCCLXV, iam ante Sauppium librum Bambergensem aliquanto minoris quam Iahnius putasset faciendum esse docuerat, Th. Opitzius qui et in annali philologico CXXI (1880) p. 203 sq. et in programmate gymnasii Dresdensis Neapolitani anni 1884 permultos Flori locos diligenter et acute consideravit, L. Goertzius qui in 'quaestionum criticarum de Iuli Flori codice Nazariano partibus II' quae insunt in scriptionibus scholasticis Dorpatensibus annorum MDCCCLXXXV et MDCCCLXXXVI totam epitomam ratione maxime habita generis dicendi Floriani pertractavit, denique W. Beckius in 'observationibus criticis et palaeographicis ad Flori epitomam de T. Livio' Groningae anno MDCCCXCI emissis et in disputatione inscripta 'zur Würdigung der Leidener Florushandschriften Voss. 14 und 77' et 'commentationibus Woelfflinianis' (p. 161 sq.) inserta quasi Florum ipsum imitatus in tabulis quid de locis controversis sentiret ob oculos posuit et ex codicibus alterius recensionis ab Iahnio non inspectis plura et certiora protulit quam Graevius Dukerusque.

At enim Goertzius et Beckius cum Iahnii et Halmii, qui undecim annos post hunc Florum apud Teubnerum edidit, errorem iusto pluris librum Bambergensem facientium vitavissent, e contrario nimis favent Nazariano

1) repetita est haec commentatio in H. Sauppii opusculis selectis p. 608 sq., in quorum praefatione huius inventum esse ut scriptores veteres ad optimum quemque codicem exigantur alios quoque legere miratos esse opinor.

aliisque eiusdem classis libris et egregias haud paucas Iordanis et Bambergensis lectiones tanquam foedas interpolationes spernunt. quin etiam Beckius ('commentat. Woelfflin.' p. 166) saeculo quinto vel sexto horum archetypum interpolatoris 'non insciti' manum passum esse suspicatur. eandem igitur in Floro recensendo quaestionem ortam esse videmus intricatam illam et satis difficilem quae tot aliorum scriptorum crisin aut obscurat aut obscuravit. nam ut taceam de famosis illis Nibelungiadis codicibus, simillima est condicio Aeschyli et Sophoclis Thucydidis Platonis Luciani Ciceronis quorundam librorum Caesaris Senecae et tragoediarum et philosophiae librorum Lucani denique aliorumque. cum autem satis diu critici qui his scriptoribus operam dabant in duas partes acerrimum inter se bellum gerentes secessissent, quorum hi ex vetustissimo quoque codice reliquos ad unum omnes derivatos esse contenderent eorumque scripturas peculiares ut meras librariorum coniecturas abiciendas, illi horum quoque rationem haberi vellent, nunc eo fere res devenit ut aucto etiam bibliothecarum codices sibi transmittentium commercio et itinerum facilitate diligentius in libros recentiores inquiratur vel certe inquirere liceat quam Bekkeri Lachmanni Orellii aetate fiebat aut fieri poterat. quamquam enim eam legem, quam illi statuerunt, mordicus tenere debemus ut ex librorum manuscriptorum farragine unus aut pauci eligantur qui bonitate et vetustate ceteris praestent et quos tanquam principes et antesignanos in scriptorum oratione constituenda sequi necesse sit, tamen eorum socordia et inertia vitanda est qui reliquos omnes codices ex illis fluxisse aut 'impudenter interpolatos' esse eo maiore fiducia clamant quo pauciores ex iis cognoverunt. neque vero eos libros dico qui saeculis decimo quarto et quinto 'Italorum' manus emendatrices et interpolatrices experti sunt, sed extant haud raro scriptorum medio aevo multum lectorum praeter libros primarios saeculis octavo usque ad decimum primum exaratos alii secundi ordinis

et saeculo decimo secundo aut tertio aut decimo quarto ineunte scripti. hi immerito a permultis viris doctis cum recentissimis illis confunduntur et vix inspiciuntur. siqua autem eorum scriptura alicunde innotuit, quam unice veram esse vel inviti concedere coguntur, felix librarii alicuius coniectura dicitur aut abbates nescio qui mirae sagacitatis finguntur qui talia excogitaverint[1]). quasi vero iidem homunciones quos in nulla salebra turpissime titubantes et labantes non videmus, aliis locis gravissime corruptis Scaligeros Bentleios Hermannos superaverint acumine. huius igitur generis codices diligentius quam a plerisque fit examinandi sunt et si scripturas continent in vetustioribus non traditas et de fraude non suspectas, ita in auxilium vocandi ut non omnes eorum discrepantiae enotentur sed graviores tantum et mentione digniores.

Sed iam redeamus ad Florum. cum enim ad suam unumquemque scriptorem normam edendum esse consentaneum sit, idem in huius quoque crisi facere debemus, Codices: cuius neque omnes codices Iahnius Halmiusque cognoverant neque quos in usum vocaverunt ita contulerunt ut cum pulvisculo exhausti esse dici possint.

B Principem igitur vetustate locum inter omnes Flori codices — id quod monendum est contra Sauppium (opusc. p. 609) — Bambergensis E III 22 (B) tenet, quippe qui iam saeculo nono ineunte exaratus sit, cum Nazariani scriptura iam ita ad sequens saeculum vergat ut medio vel exeunti decimo videatur tribuendus esse[2]). membranae sunt formae quadrantalis minoris (0,13 × 0,19) satis crassae et fuscae, in quarum paginis 53 usque ad 214 — nam praecedunt ‘Daretis Frigii historia’ et ‘breviarium Festi’ paullo recentiorum manuum — Florus singulis

1) cum tales viros qualis Servatus Lupus Ferrariensis fuit rarissimos fuisse constat, tum nusquam hic in epistulis de scriptoribus a se ex ingenio emendatis loquitur, sed de suorum exemplarium vitiis comparatione aliorum codicum sanandis.

2) v. quae ‘musei Rhenani’ XLIV (1889) p. 67 exposui.

columnis et versibus tricenis vel tricenis singulis satis diligenter perscriptus est. cum autem Iahnius 'non semper ab eadem manu' eum exaratum esse animadvertisset[1]), re accuratius perpensa haec vidi ab eo correctore scripta esse (B^1) qui ad finem codice a librario perducto numeros bellorum et titulos minio pinxit et capitum inscriptiones atramento paullo fusciore addidit: capitum indices libri primi et secundi (codicis p. 53 et 158 sq.), I praef. 1—3 — *uideantur* (p. 54), II 1, 1—2 — *gentium* (p. 160), II 29 *Sarmatae* — *pacem* (p. 208), II 30, 34—36 *tres legiones* — *causarum patronos* (p. 210), II 31 *Hec ad* — *estimanda uictoria fuit* (p. 211), II 32, 45—33, 60 *recreatus* — *in profundo* (p. 211—214), quae sunt extrema codicis verba. unde intellegitur, praesertim cum verborum *in causarum patronos* litterae solito magis diductae sint et alibi quoque spatia non ita ut fit in scriptura continua prorsus expleta, librum archetypum sub finem aliquo modo labem traxisse ut librarius, cum paucis locis scripturam evanidam non dispexisset, spatia vacua relinqueret doctiori et oculatiori correctori, qui et ipse librorum indices et prima verba et capitum inscriptiones adiecturus erat, explenda[2]). accedit quod etiam in iis quae dispexit multo saepius et gravius peccavit quam in superioribus codicis paginis. ultima vero libri secundi verba cum in B inde ab *opes suas* (II 33, 60) desint, quamquam paginae 214, quae et ipsa est ultima, vix quarta pars expleta est, hic archetypum tam male habitum fuisse ut nihil omnino dispiceretur aut integrum folium periisse consentaneum videtur. denique II 14, 2—8 *nisi aut* — *discriminum* (p. 194) manus exaravit eiusdem atque librarius et corrector aetatis, sed quam alibi ne in correctionibus quidem repperi. porro praeter ea quae librarius inter scribendum mutavit etiam B^1 satis multa emendavit quae accuratius quam Iahnius

B^1

1) p. V.
2) cf. Iahnius p. VI.

afferre studui, praesertim cum hic rasurarum non eam rationem habuerit quae hodie merito requiritur. quae emendationes, cum B^1 eodem archetypo quo librarium usum esse iam constet, dubitari non potest quin maximi pretii sint. aliquanto rariores et minoris pretii sunt cor-
B^2 rectiones manus paullo recentioris (**B^2**) et ab Iahnio interdum cum B^1 confusae, quae et ipsa totum codicem pertractavit et saeculo undecimo vel duodecimo videtur tribuenda esse. hunc igitur librum egregium cum Iahnius satis diligenter contulisset, tamen iam Halmius qui eum ad illum Lipsiam apportaverat iterum inspecto codice aliquot bonas lectiones ab amico neglectas esse detexit. cum enim hic ad Seebodii exemplar Bambergensem contulisset, sed editionem Bipontinam typographo exprimendam tradidisset, accidit ut ea quae iam Seebodius ex codice receperat praetermitterentur[1]). itaque necessarium erat, quia Halmius nisi graviora non memoraverat, denuo librum examinari. quod cum fecissem, alia quoque in eo inesse vidi quae uterque editor neglexerat, quamquam non exigui momenti ad Florum emendandum erant. e quibus pauca haec exempla proponam: p. 37, 3 huius editionis *tarenton* B recte habuit quod B^1 in *tarentvm* mutavit; p. 39, 18 *olitus* est in B non *olitum*, ut Iahnius putabat qui *s* parvulam supra *u* positam cum illo litterae *m* compendio confudit; p. 42, 14 *tanta tamen* est in B non *tamen tanta*; p. 83, 17 *pauperrimis* B praebet non *pauperibus*; p. 101, 2 *imperii habebat* B non *habebat imperii*; p. 104, 2 loco a tineis exeso tres litterae perierunt,

1) v. ‘Iuli Flori epitomae libri duo recog. Carolus Halm’, Lipsiae MDCCCLXIII p. III. ceterum gloriamur nunc diplomatica illa qua libri manu scripti conferri soleant diligentia, sed hac in re omnem aetatem priore maiorem curam adhibere sensimque eam auctam esse cum alia docent tum Ruhnkenii verba in praefatione Apuleii Oudendorpiani vol. I, p. IX: ‘Oudendorpius in hac quoque collatione illam diligentiam, qua nunc critici veteres membranas excutiunt, aliquando requirit’ et p. X sq.: ‘tanti in hac librorum comparatione refert quibus oculis et quam otiose rem agas’.

quarum primae tantum superest ut eam vel *h* vel *l* vel *b* fuisse pateat non *t*, ut Iahnius putat. quare *hic* scribendum est non *tum*. eorum vero quae ad orthographiam pertinent maxima est copia. attamen Halmius ubi in rasuris plura Iahnio sibi dispexisse videbatur interdum erravit. velut p. 47, 5 post *butteone* (*Buteone* B secundum Halmium) non *cs* erasum est sed *m*; p. 54, 12 rasura in qua ultimae tres litterae vocis *eurus* leguntur non tanta est ut in ea etiam *flans*, quod Halmius addendum esse conicit, scriptum esse potuerit; denique p. 84, 5 Halmius non perspexit rasura post *quippe* id ipsum vocabulum, quod librarius per errorem repetierat, deletum esse.

A Bambergensi codice ita discrepant ceteri quotquot aetatem tulerunt Flori libri manu scripti ut eidem omnes familiae tribuendi sint. e quorum numero satis magno antiquissimus est Palatinus Latinus 894 (**N**) olim in N bibliotheca monasterii beati Nazarii Laurishamensis servatus ideoque post Salmasium a viris doctis Nazarianus nuncupatus. quem cum ‘musei Rhenani’ vol. XLIV (1889) p. 66 sq. accuratius descripserim, graviora tantum hic repetam. exaratus igitur est saeculo nono medio vel exeunte in quadrantalis formae ($0{,}25 \times 0{,}17$) membranis crassis et luridis. columnae sunt singulae, versus viceni quini. correctus est primum manu eadem ($\mathbf{N}^1$) et adhi- N^1 bito, ut videtur, archetypo aut inter scribendum aut absoluto codice, cum primae litterae et quaternionum numeri atramento fusciore adderentur. a qua manu Iahnius saepe non distinxit manum secundam saeculi duodecimi ($\mathbf{N}^2$), quae leves quosdam errores emendavit, multo tamen N^2 saepius sanas vel levidensibus vitiis laborantes lectiones corrupit. cuius rei unum sufficiat exemplum: p. 82, 6 cum N *flagrans* in *fira clans* mutavisset, N^2 ita locum pessumdedit ut *uel dira clades* adscriberet[1]). hunc librum

1) in periocha Livii sexta eundem correctorem notam *S. C.* non *senatus consultum*, sed *scandalum* interpretari iam dixi ‘musei Rhenani’ XLIV (1889) p. 67.

cum Iahnius iusto minoris fecisset, non eadem qua B cura a se tractatum esse libere professus est[1]). itaque cum ego iam in Livii periochis quae eodem volumine continentur multa ab eo neglecta esse vidissem, denuo etiam Florum contuli et aliquanto plura ab Iahnio quam in Bambergensi praetermissa vidi. supersedere tamen possum eius erroribus exagitandis, quia E. Woelfflinus, vir clarissimus, et ipse Iahnii collationem supplevit et gravissima quaeque quae invenerat discipulo I. W. Beckio in ephemeride Berolinensi philologica XI (1891) p. 258 sq. edenda tradidit. tamen ut fit in comparatione ab alio instituta et operis permissa hic quoque pauca quaedam minus recta insunt, quae quamvis leviora, ne quis ab adnotationibus meis discrepare miretur, infra subiciam: p. 27, 9 huius editionis *in* ante *imperio* supra versum addidit N^1; p. 46, 8 *neccom mutatione* (prior *c* supra versum m. 2.) non *neccommutatio* legitur in N; p. 76, 18 *cum* in ·*cõ*· (non *cũ*) mutavit N^1; p. 78, 16 *sua uictoria* N *uictoria sua* N^1; p. 96, 7 *spectacula* N, sed *cta* expunxit N^2; p. 97, 3 *dis cipulis set* (*ci* expunxit m. 2.) N; p. 114, 18 *omnis* N *omnes* N^2. praeterea eorum locorum numero, quis Beckius efficibus dicit (p. 259) ut de N iustum iudicium ferri possit, hos adiciendos esse arbitror: p. 105, 8 *romanos terruere* N habet non *terruere romanos*; p. 133, 3 *bello* non *belli* est in N; p. 152, 2 *illud inusitatum* N non *inusitatum illud*; p. 155, 15 *motus ciuitatis* N non *civitatis motus*; p. 167, 7 *castris in epiro* N non *in epiro castris.* ceterum gratias ago C. Zangemeistero quod me de quattuor locorum scriptura dubitantem benigne certiorem fecit.

Ex hoc libro reliquos omnes eiusdem classis codices derivatos non esse quamquam Iahnius perspexerat (p. X), tamen quos ex eis paullo accuratius cognoverat, Monacensem Berolinensem Guelpherbytanum Haenelianum, ii aut recentissimi sunt aut mendosissimi. itaque cum iam

---

1) p. VIIII.

Graevius Dukerus Seebodius meliores adhibuissent, sed satis neglegenter neque aetatem eorum indicassent, Aem. Baehrensius, quem qui ob futtiles coniecturas vituperant saepe numero obliviscuntur protractis codicibus qui diuturno situ sepulti iacuerant de scriptoribus Latinis bene meruisse, ‘musei Rhenani’ vol. XXX (1875) p. 629 praeter Nazarianum alios eiusdem familiae quam vetustissimos adhiberi iure meritoque iussit. cuius moniti memor cum ego Senecae philosophi et mythographorum Latinorum causa bibliothecas perlustrarem, ubique etiam Flori codices inspexi. inter quos quamquam nullum inveni cum Bambergensi cognatum eorumque qui Nazariano affines essent maxima pars ad saeculum decimum quartum vel quintum pertinebat, tamen nonnulli extabant aetate Nazariano propiores neque tamen ex eo descripti.

Quorum vetustissimus et ceteris multo minus interpolationibus inquinatus est Leidensis Vossianus in oct. 14 (L). scriptus est in membranis crassis et sub- L
fuscis formae octavariae (0,21 × 0,15) saeculi undecimi manu satis eleganti, quae primum atramento pallidiore, a folio vero 25 fusciore usa est. eadem satis multa inter scribendum correxit, alia atramento fusciore, cum iam codicem ad finem perduxisset. folia sunt septuaginta septem scripturae continuae et vicenorum trinorum versuum. inscriptiones librorum et capitum minio vel aliis coloribus pinguntur et prima quaeque capitum verba maiusculis litteris exarantur. continet praeter Florum (fol. 1—72) septem primas Livii periochas, quarum ultimae extremum enuntiatum (*res praeterea — continet*) omissum est. egit de eo etiam Beckius in ‘observationibus criticis et palaeographicis ad Flori epitomam’ p. 8 et alibi et in ‘commentationibus Woelfflinianis’ p. 162 sq. tantopere autem ab N discrepat, ut nullo modo ex eo fluxisse possit, sed pertinet ad eiusdem familiae alteram stirpem, ex cuius codice et editio princeps et ‘vulgata scriptura’ derivata est. id quod, quamquam eadem atque ille foliorum transpositione, de qua infra dicendum est,

laborat, iam inde efficitur quod p. 41, 15 duodecim verba *annis — his ducentis,* quae in N interciderunt, cum librarius ab altero *annis* ad alterum aberrasset, non omittit. at non desunt qui talia a librariis aut abbatibus illis doctissimis nimirum et acutissimis ex ingenio suppleta contendant. quibus quamvis opponi possit credibile nequamquam videri ab illis longiores lacunas eisdem plane verbis quae in aliis codicibus tradita sunt expletas esse ut in ipsas illas voces *domi luctatus est* et in parenthesin *adeo difficile fuerat Italiae dare caput* inciderent, quae in B leguntur et pro quibus alia multa substitui potuisse patet, tamen ne uno loco quaestionem solvere conatus esse arguar, alios hos addam:

p. 21, 7 *signat nomine* L *signata nomine* N male
p. 32, 13 *pro tarentinis* L *portarent. in his* N male
p. 34, 7 *graui mole* L *circa more* N male
p. 35, 7 *uideo me inquit* L *idem omne inquit* N male
p. 54, 6 *caede · parta nobilitas* L *caede facta · nobilitas* N male
p. 76, 20 *elidos campos* L *elidis campos* N male
p. 118, 7 *ne populus gentium uictor* L *nemo cum gentium uictor* N male
p. 121, 8 *suo iure rem publicam Senatus exilio* L om. N male
p. 124, 2 *Ecce carseoli* · L *eccepharseoli* (*h* supra versum m. 2.) N male
p. 128, 3 *deinceps thorani* L *deinceps horani* N male
p. 142, 15 *Sed* ante *ad Hispanienses* habet L, male om. N
p. 146, 21 *fuit* ante *mediusque* om. L, male habet N
p. 154, 2 *omnes unum in principem* L *omnesususm in* (3. *s* supra versum m. 2.) *principem* N male
p. 160, 5 *quamuis duces* L *quamuis deinde* N male
p. 160, 9 *par utrimque discrimen* L *par utrumque discrimen* N male
p. 169, 11 *dabant alpes* L *alpes* N male omisso *dabant*

p. 170, 8 *multitudine pontem succidisset* L *multitudine sputi* (*s* supra versum m. 2.) *succedisset* (1. *e* in *i* mutavit m. 1.) N male

p. 175, 6 *fuit* post *gaudium* om. L, male addit N.

iam his locis allatis, quorum nullum ii qui librariorum stuporem et supinam neglegentiam cognoverunt, illorum coniectura sanatum esse contendent — nam alios in quibus hoc fieri potuisse concedi potest omisi — satis probavisse mihi videor huius libri bonitatem. quamquam autem etiam maior eorum est numerus quibus N meliora servavit et alienus est ab interpolationibus quibus codicis L scriba quae non intellegebat pessumdedit[1]), tamen satis religiose ab eo archetypum expressum esse etiam hac re comprobatur quod litterae *a* formam apertam quam illic invenerat haud raro, sed non satis dextre imitatus est velut p. 7, 3 in *matremque* et p. 25, 5 in *anseris.* eadem tamen alibi vitiorum ansam dedit velut p. 142, 25 ubi *ufranio* pro *afranio* scripsit et p. 151, 7 *auicum* pro *ciuicum*[2]). compendiorum quae pauca in eo insunt formas 'observationum' appendice III 2 Beckius imitatus est.

Cum igitur codicum N et L scripturis coniunctis intellegatur quid in communi eorum fonte scriptum fuerit, eas lectiones quae in utroque inveniuntur littera **C** significavi. C = N + L praeterea et horum et libri B plenam integramque varietatem scripturae adscripsi ac ne minima quidem praeter elementorum *e, ae, oe* et *c, t* commutationes similiaque neglexi. id quod necessarium erat cum propter codicum illorum summam auctoritatem, tum quod post imperfectos priorum editorum conatus tandem aliquando quid in libris primariis traditum esset statui debebat. nolui tamen singulis locis aliorum errores exagitare, sed

1) v. p. 7, 20, ubi *quia* ante *deerant* addidit; p. 19, 10 *deis* in *De his* mutavit; p. 22, 13 *Veios* in *uera*; p. 26, 11 *insidente galeae* in *insequente gallo,* alia.

2) cf. 'De Senecae recens. et emendat.' p. 42 sq.

sicubi eorum collationes a mea discrepare inveneris, quod in libris identidem inspectis re vera extare videram id a me positum esse tibi persuadeto.

Attamen non licebat praeter N et L ceteros eiusdem familiae codices abicere. inter quos aetate eminent hi:

Palat. Palatinus Heidelbergensis 1568 (**Palat.**) in membranis formae octavariae singulis columnis saeculo scriptus est undecimo. inter Solinum, cuius magna est apud eius editores auctoritas, et *Dicta pauli orosii de situ orbis* foliis 83 usque ad 145 vs. Florum habet. maxime ea re commendatur quod prologum illum servavit ab Elia Vineto ex libro Burdigalensi protractum[1]). nam ad epitomam ipsam recensendam vix quicquam confert, cum plurima cum L communia habeat et alibi ad deteriores scripturas Parisini 5802 et Monacensis vergat.

Bernensis 249, olim *martyrum marcellini · et petri florentini · et hylarii,* membranaceus, formae maximae, saeculi undecimi, ut mihi visum est, exeuntis. praeter Florum (fol. 1—39) vs. septem Livii librorum periochas (fol. 39 vs. —42 vs.) continet iisdem verbis atque in L, quocum etiam in epitoma artissimo cognationis vinculo coniunctus est, finitas (*patriae restituti sunt* p. 14, 3 ed. Iahn). itaque nihil ex eo attuli. post II 20, 3 (*duas legiones operuerunt*) unius paginae maior pars et integrum folium vacua sunt, sed nihil omissum est.

Harl. Harleianus 2620 (**Harl.**), antea Cusanus, qui in catalogo saeculo decimo tribuitur[2]), a Baehrensio undecimo vel duodecimo[3]), mihi saeculi decimi tertii esse visus est. membranae eius formae quadrantalis sunt et binarum columnarum. praeter Florum (fol. 1—42 vs.) septem Livii periochas (fol. 43—46 vs.) continet, sed a Baehrensio, qui paucissima ex eo excerpserat, iusto pluris existimatus est. itaque raro admodum eum memoravi. alia invenies

---

1) cf. infra p. XXVIII.

2) notum est plurimos libros Harleianos in catalogo typis expresso vetustiores perhiberi quam re vera sint.

3) v. Beck 'observationes ad Flori epitomam' p. 9.

in Beckii tabulis ab M. Thompsono, viro clarissimo, ei transmissa.

Monacensis Latinus 6392 (**Monac.**), antea Frisingensis 192, in catalogo saeculo undecimo adscribitur[1]). exaratus est in octavariae formae membranis et singulis columnis. manus secunda saeculi duodecimi, quae atramento pallidiore utitur, multa correxit et supra versus adscripsit. Florus explet folia 1—50 vs., septem Livii periochae folia 50 vs. — 55. melior est Harleiano, sed pauca habet mentione digna et quae in C non insint. plura quam in huiusce editionis adnotationibus ex eo prolata sunt in F. Schmidingeri commentatione quae inscribitur 'Untersuchungen über Florus' et inserta est supplementis annalium philol. XX p. 781[2]). Monac.

Parisinus Latinus 5802 (**Paris. 5802**) membranaceus, formae maximae, binarum columnarum, saeculi duodecimi inter Suetonium et Frontini strategemata Florum habet (fol. 69—94). dixi de eo 'musei Rhenani' XLIV (1889) p. 70 adnot. 1. a Petrarca librum usurpatum esse ostendit P. de Nolhac, 'Pétrarque et l'humanisme' p. 203 sq. Paris. 5802

1) mihi liber, cum Vratislaviae eo uti liceret, uno saeculo recentior esse visus est. Schmidingerus autem in litteris de eo ad me datis scribit: 'Die Handschrift setze ich noch in das 11. Jahrhundert'.

2) idem vir eruditissimus per litteras mecum communicavit in scripturis ab se ex hoc libro prolatis haec corrigenda esse: p. 7, 5 Iahnii *et populum fecit;* 9, 26 *possem; augur;* 15, 9 *marci manlii;* ibid. 27 *cremati vero suo igne;* 17, 21 *fugentes;* 21, 10 *pugnam tt;* 22, 25 *cum tot similes;* 30, 15 posterius *insessum* deletum; 32, 2 *amplius eam insulam;* 38, 15 *tunc o pudor;* ibid. 16 *fecerant;* 44, 25 *siphilum castra;* 64, 25 inter *amplius* et *postquam* supra vers. *muris;* 66, 28 *Oroden remuneratus est;* 81, 26 in marg. m. 2. *leges;* 99, 18 *fusus a cornu;* 102, 15 *quod — fecerat* om.; 104, 6 *incelti* mutatum in *in celtiberia;* ibid. 13 *thapsos* supra *tharsos* m. 2.; ibid. 28 *dilacio dignata est;* 109, 1 *duces non essent praesentes;* 112, 23 *dele*tae-que;* 113, 15 *hoc* (*o* incerta); 115, 18 *cum illyricus multitudine pontem;* ibid. *sauciis;* 116, 20 *inquiunt;* 119, 8 *semota* (*t* incerta et infra eam rasura); 122, 8 *et utinam mutua;* 123, 13 *impleverant.*

Paris. 7701 Parisinus Latinus 7701 (**Paris. 7701**), olim Puteaneus, membranaceus, formae quadrantalis, binarum columnarum, saeculi duodecimi. Florus (fol. 39—76) et omnes Livii periochae (fol. 76—104)[1]) inter Ciceronis libros de oratore et praefationem naturalis historiae Plinii et indices auctorum leguntur. accuratius eum descripsi l. c. p. 69 sq.

Parisinus Latinus 18104, olim Nostradamensis, membranaceus, formae quartae. foliis 183 vs.—186 vs. excerpta ex Flori libris praebet ideo memorabilia, quia prologus praecedit, de quo infra dicam.

Leidensis Vossianus in oct. 5, membranaceus, saeculi decimi tertii. Florum (fol. 1—79) et septem Livii periochas (fol. 79—85 vs.) complectitur. nihil in eo inveni quod non aliunde notum esset. Beckius ('Observat.' p. 8 adn. 1) eum libri L gemellum appellat.

Voss. Leidensis Vossianus in oct. 77 (**Voss.**), primum *conventus casae dei,* deinde Francisci Dantanii, membranaceus, saeculi decimi tertii. post Florum (fol. 1—82 vs.) septem Livii periochas habet (fol. 83—90 vs.). hunc codicem a pluribus librariis exaratum, quorum unum ex scholiis quae in marginibus adscripsit hominem doctum

---

1) contigit mihi ut si non archetypi periocharum huius codicis, tamen libri eius simillimi unam certe membranam reperirem. est autem Bernensis A 92 formae octavariae (0,158 × 0,206), eadem qua N aetate exarata et periochas librorum sexti septimi octavi inde a verbis *Sabatina Arniensis* (p. 12, 4 ed. Iahn) usque ad verba *consulem facerent* (p. 14, 9) complexa. in quo exiguo spatio cum P(arisino 7701) contra N his locis consentit: 13, 12 *rostroque,* 17 *impetrarent,* 19 *ab aulo,* 21 *decimuris,* 25 *de occupanda ea.* itaque iam P, quem H. I. Muellerus ('Jahresberichte des philol. Vereins zu Berlin' XVI [1890] p. 204) parvo aestimavit, in periochis non multo minoris pretii quam N ipsum esse patet. ceterum 'musei Rhen.' XLIV (1889) p. 71 (cf. p. 77) in verbo *occupande* librum N punctum, non virgulam infra litteram *e* habere indicavi. quare erravit Muellerus quod (l. c. p. 203) *occupandae* hoc loco, qui multum facit ad pretium librorum N et P diiudicandum, extare putat. idem cur N saeculo octavo tribuat (p. 202) ignoro.

fuisse apparet, minoris facio quam Beckius ('Commentat. Woelfflin.' p. 162). nam paucissima quae in eo verius quam in C leguntur ea sunt quae etiam ab hebetioris ingenii homine emendari potuerint (v. ad p. 164, 2); et quod capita quaedam in C falsis locis collocata iustis habet haec quoque ab attentis lectoribus reponi potuisse concedendum est. eum vero cum B cognatum esse locis illis ad orthographiam pertinentibus quos Beckius (l. c. p. 166 sq.) proposuit non probatur. itaque pauciora ex eo in adnotationem criticam recepi quam ille in tabulis 'Observationibus in Florum' adiectis.

Berolinensis Lat. quart. 306 duae membranae sunt saeculi duodecimi scripturae inaequalis et Monacensi similis. posterioris inferiore parte abscissa deni versus in utraque pagina perierunt. itaque huius editionis insunt p. 107, 8 110, 1 (*coniuratione facta inuenere — rei felicissimae temeritatis*) — et p. 118, 3—120, 8 (*Set hic siue — fugam omni nobilita*). correctus est primum manu aequali, deinde manu secunda saeculi fere decimi sexti et minus propter scripturas peculiares memorabilis quam quod coaeva illa manus adnotationes quasdam appinxit ut p. 118, 4 ad *Mancinianae* hanc: *Quae facta est bello numantino*; et ad 108, 9 ad *massiliam* hanc: *nomen fluminis require uel mosellam forte.*

Denique ne prorsus recentissimos libros excluderem, in quibus haud pauca ab 'Italis' emendata esse vidi, quae primis editoribus tribuebantur, duos ex iis adhibui:

Vratislaviensem Rehdigeranum Lat. R 78 chartaceum, formae maximae, saeculi decimi quinti. quem qui scripsit magis ab interpolationibus abstinuit quam alii qui eadem aetate Florum exaraverunt et quaedam aut ipse aut ab alio monitus scite correxit[1]). Rehdig. vel Rehd.

1) animi causa hos versus appono qui in penultimo eius folio manu saeculi XVI—XVII perscripti leguntur: *Bonum vinum cum sapore, bibat abas* (sic) *cum priore, conventus autem de peiore.*

Cracov. Cracoviensem bibliothecae universitatis 416 chartaceum, formae maximae, saeculi decimi sexti. continet foliis 132—171 vs. Florum, cui minio haec subscripta sunt: *Lutii Annei flori epitoma de tito liuio explicit Incipit abbreuiatio quedam quam inueni in codice vetustissime littere manibus almi petrarce lectum* (sic) *et postillatam,* et foliis 171 vs.—203 Livii periochas[1]). qui codex cum numquam non cum Parisino 7701 congruat, tamen hunc a Petrarca tractatum esse sumere non licet, quia *postillae* manu eius scriptae in eo non insunt. ceterum ex catalogo monasterii S. Spiritus Florentini, quod hereditate illius libros accepit, inter eos Florum et periochas fuisse perspicitur[2]). nam qui codex *Licii amei florii empitomae in tituliuio* illic describitur eius principium *populus romanus* fuisse indicatur — quae sunt prima Flori verba — *finis uero in penultima carta gens alpine perde* ... extat in periocha libri Liviani CXXXV (p. 107, 20 ed. O. Iahnius).

Hos igitur codices cum aut integros contulissem aut quam plurimis locis inspexissem, tamen ibi tantum memoravi ubi aliquid ad verba Flori emendanda conferre viderentur aut scripturas aliis ex causis memorabiles praeberent. neque valde credibile est ex eorum similibus qui alicubi latent magnam utilitatem percipi posse[3]). ς vero illud quod frequenter apud Iahnium et alios occurrit apponere necessarium iam non erat[4]).

---

1) sub periochis haec subscriptio extat miniata: *Titi liuii perice. omnium librorum ab urbe condita explicite sunt. — hec exemplaui ex vetustissimo Codice,* cuius prius enuntiatum simillimum est subscriptioni Parisini 7701, v. 'mus. Rhenan.' XLIV (1889) p. 97.

2) 'Centralblatt für Bibliothekwesen' IV (1887) p. 153.

3) velut nescio an dignus sit qui conferatur Fermensis (membran. fol. saeculi XIII, v. 'Archiv für d. ält. deutsche Geschichtskunde' IX [1847] p. 642), cuius frustra aliquam notitiam nancisci studui.

4) quam leviter haud raro in 'editionibus criticis' nota ς lectionibus quae in codicibus collatis non inerant apposita sit norunt periti.

Fontes secundarii: Praeterea ad Florum recensendum duplex auxilium habemus eorum historicorum quibus aut ipsis usus est aut quorum fontes expilavit et eorum qui epitomam in suum usum converterunt. cum autem hi gravissimi sint et eodem fere loco atque optimi codices ponendi, illos multo cautius adhibere debemus. nam ut taceam insitum iis qui aliorum libros exscribunt novandi studium et aliter alium scriptorem suo auctore uti, noli oblivisci Florum rhetorem esse qui novos colores quaerat et a prioribus argute dicta variare studeat. itaque memor Caesariani illius *veni vidi vici* consulto II 13, 63 de Pharnace dicit *Caesar - - - obtrivit more fulminis, quod uno eodemque momento venit percussit abscessit.* deinde II 12, 6, ubi Fulviam *vilissimum scortum* vocat, *sed patriciis innocentius,* fieri non potuit quin Sallustius, quem toto hoc capite sequitur[1]), ob animum ei obversaretur qui de coniur. Cat. 23, 3 eam *mulierem nobilem* appellaverat. itaque cum in notissima et crebro narrata fabula de Romulo et Remo Quintilianus III 7, 5 dixisset *abiectus in profluentem,* quocum in abiciendi verbo Arnobius IV 3 et liber de vir. inl. 1, 2 concinunt, facile fieri potuit ut Florus I 1, 2 *iactatus in profluentem,* quod B et Iordanes habent, alteri illi, quod sive casu sive alicubi inventum etiam C posuit, praeferret. simile variandi studium in eo cernitur quod, cum Livius I 7, 1 aliique in eadem fabula forma *vultures* usi essent, Florus I 1, 6 B teste rariorem *vulturios* maluit, quae a Iordane et in C denuo in illam mutata est[2]). ut tertium exemplum addam, Florus I 7, 3 aptissime ad impietatem Tulliae significandam de ea dixit: *supra cruentum patrem vecta carpento consternatos equos exegit* (ita B et Iordanes). quamquam enim alterius recensionis lectio *egit* locis Livii

auctores Flori

1) v. infra p. LVIII.

2) in prolixa eiusdem rei narratione quae est in libello de orig. gent. Rom 23 (ed. B. Sepp, Eichstadii 1885) bis *vulturios* semel *vultures* invenitur.

I 48, 7; Iustini XLI 6, 5; libri de viris inlustr. 7, 18 confirmari videtur, etiam interpolatori alicui simplex verbum pro composito, quo Florus eadem significatione etiam II 13, 68 utitur, in mentem facillime venire potuisse apparet. contra I 1, 2, 2 post *sacerdotia*, ubi verbum quoddam aperte excidit, *creavit* a Livio I 20, 1 (cf. Lactantius inst. div. I 22, 4) petere licere probabile est. at quod opinantur his locis iisque quibus recentiores scriptores Florum compilaverunt litem illam de librorum B aut C maiore auctoritate dirimi posse accuratius videndum est. verissime quidem C. Zangemeisterus, vir clarissimus, in Orosii editione egregia p. XXVI: 'Orosius cum his' (· i · libris mss. Heidelbergensibus) 'potius quam cum Bambergensi consentit, indeque eius recensionis, nimis opinor huc usque neclectae, vetustas certo asseritur.' verum enimvero hinc non efficitur, id quod alii putant, eam altera recensione (C) vetustiorem esse et ubicumque haec ab illa discrepet, interpolationes libri B statuendas esse. nam si Orosius interdum cum C facit, alii testes non minus locupletes libri B auctoritatem amplificant. velut I 1, 1, 6 huius scriptura *adhibere placuit deos* libello de orig. gent. Rom. 23 confirmatur, C male exhibet *adhibuere piacula*[1]) et ibid. § 13, ubi Orosii magister Augustinus de civit. dei III 13 idem habet quod B *intra moenia* pro *ad moenia*, quod est in L Voss. Harl. Paris. 5802 Bern[2]). deinde I 27, 5 Rufii Festi breviario (cap. 11, 2), quod et ipsum Orosio vetustius est, Bambergensis scriptura *magabant* (*magaba* Festus, Orosius) confirmatur, cum N (*atiam*) et L (*agiam*) vix ullum veri vestigium servaverint et II 32, 44 eiusdem

expilatores Flori

---

1) ex scriptura codicis B primaria necdum ab eadem manu mutata *piacuit*, cuius causa est litterae i forma longior et litterae l simillima, quomodo alterius classis gravis corruptela cum interpolatione coniuncta oriri potuerit perspicitur.

2) *intra moenia* cum ex omnibus huius recensionis libris solus N habeat, nescio an haec scriptura ex libro quodam alterius recensionis in eum illata sit.

verba (cap. 19, 3) *Parthis Arsaces* propius absunt a B qui *artaxer ser par this* habet quam a C (*artaxatis* N *artasatis* L[1]), qui nomen *Artaxata* ex bello Mithridatico (I 40, 27) noverat. illo igitur recensionis Nazarianae et Orosii consensu qui non ita frequens est nihil aliud probatur nisi iam huius aetate Flori exemplaria divulgata fuisse quae aliquot scripturas cum N et L communes haberent. id quod mirum tibi non videbitur, dummodo reputaveris iam ex crisi scriptorum Graecorum et Latinorum, quorum aut membranae aut papyri codicibus Florianis multo vetustiores aetatem tulerunt, constare gravissima quaeque vitia et interpolationes nisi codicum ope non detegendas non medio aevo, sed iam ipsa antiquitate se in eorum orationem insinuasse[2]).

Porro libro B patrocinatur scriptor uno tantum et quod excurrit saeculo recentior Orosio. Iordanem dico (I) qui libro *de summa temporum vel origine actibusque gentis Romanorum* anno p. Chr. n. DLI edito ita Florum in usum suum convertit ut ab urbis primordiis usque ad bellum Macedonicum secundum (I 1, 1—28, 1) paucis omissis paucioribusque mutatis eum diligenter exprimeret, deinde ex Rufii Festi breviario quaedam interponeret[3]), postremo in bello Parthico (I 46), in bello

1) ex locis similibus Flori et Festi inter se comparatis, id quod A. Eussnerus fecit 'Philologi' XXXVII (1877) p. 154sq., non solum illum ab hoc quibusdam locis exscriptum esse elucet — qua de re ne Beckius quidem 'observat. de Floro' p. 10 dubitavit —, sed alios quoque auctores adhibitos esse. Florum autem ipsum ei ob oculos fuisse maxime hic ostendit locus (20, 2) *Traianus qui post Augustum Romanae rei publicae movit lacertos* ex illius prooemio (p. 6, 13) desumptus.

2) A. Kirchhoffius in nuntiis academiae Berolinensis a. 1881 p. 989 et H. Usenerus in nuntiis societatis litterarum Gottingensis anni 1892 p. 50, cf. etiam F. Blassius in oratione 'Die Entdeckungen auf d. Gebiete der klass. Philologie im Jahre 1891' (Kiliae 1892) p. 18.

3) perquam probabile videtur volumine quod Iordani in manibus erat aeque Rufium Festum comprehensum fuisse atque

cum Antonio et Cleopatra (II 21) rebusque ab Augusto gestis (I 22—27) ad priorem fontem rediret. quamquam autem codicem adhibuit libro B multo vetustiorem, tamen plurima vitia cum eo communia habet, pauca meliora[1]), satis multa quae aut non intellexerat aut ipsi minus placebant licenter immutata. itaque ubi habemus Iordanem codicis instar est, sed paulo cautius adhibendus quam liber ab indocto librario fideliter ex archetypo expressus. cum vero Iahnius altero Iordanis codice optimo Heidelbergensi, altero gravissimas interpolationes passo Pollingensi usus esset, in hac editione Iordanis exemplari uti licuit a Th. Mommseno, viro clarissimo, in 'monumentis Germaniae historicis' (auctor. antiquiss. tom. V pars I) evulgato, qui quae praefationis p. XXIII sq. de ratione disputavit qua Florus adhibitus sit dignissima lectu sunt. quare haud pauca aliter et verius in huius editionis Iordanianis scripturis indicata invenies quam apud Iahnium. ceterum ita Iordanis lectiones in adnotatione critica enotavi ut non orationem a Mommseno emendatam sequerer, sed ut menda quae in communi fonte librorum ab eo collatorum fuisse intellegitur quamvis dudum emendata commemorarem. quae cum et ipsa in B reperiantur, hoc consensu Bambergensis et Iordanis

---

codice B. — ceterum missos facere licet in Flori crisi expilatorum expilatores velut Paulum et Freculfum qui Iordane usi sunt et ad eius verba constituenda religiose a Mommseno in usum vocati. praeterea Otto Frisingensis Ragewinus Ioannes de Monasteriolo Ioannes Saresberiensis Iannotius Manettus alii medii aevi scriptores pauca quaedam Flori verba memorant, sed ita ut nihil praebeant quod non et ipsum in nostris codicibus insit. ac ne hinc quidem quod Ioannes Saresberiensis polycrat. III 9 (p. 495 ed. Migne) in iis quae ex Flori bello Punico secundo affert duas lectiones cum A communes habet concludere licet eum huius recensionis codice usum esse. ita enim hae comparatae sunt (p. 54, 20 *in torrente Vergello,* 58, 21 *vel* om.) ut quivis maximeque Ioannes qui propensus est ad mutationes in eas incidere potuerit.

1) v. p. 12, 5; 15, 20; 20, 4; 45, 6.

horum archetypus (A) restituitur, quem saeculo sexto medio vetustiorem fuisse necesse est. A=B+I

At enim in indaganda epitomae memoria etiam praeter Rufium Festum et Augustinum supra Iordanis et Orosii tempora ascendere licet. nam capitum inscriptiones genuinas non esse ut ex ipso Flori consilio intellegitur, qui quasi quadam tabella cum aliis viris historiae peritis tum rhetoribus populi Romani magnitudinem adumbrare volebat, libellum puerulis ediscendum et in paragraphos distinctum componere nolebat, ita maxime capitibus libri secundi sexto et septimo (p. 124, 12) comprobatur, ubi ultimum verbum *utcumque* sive in altera recensione *id qualitercumque* ab eo quisquis libellum in capita diremit inscriptionesque posuit non recte intellectum et ad proximum caput tractum est, titulus vero *bellum servile* post penultimum verbum capitis sexti *litaretur* positus. accedit quod nonnullae inscriptiones cum ipsa narratione non bene conveniunt velut I 41 *bellum piraticum*, quod si Flori verba sequaris et hoc caput inter bella externa legi reputes, *bellum Cilicum* vocandum erat et II 34 *pax Parthorum et consecratio Augusti*, quamquam sub finem capitis tantum sanctitatis nominis Augusti mentio fit, non consecrationis post obitum. ceterum nolui omnibus illis omissis ad exemplum Seebodii legentium commodo obesse. fuit autem ille homo qui inscriptiones primus posuit non indoctus. id quod non solum ea ex re perspicitur, quod plerumque sectiones iustis locis instituit et satis apte argumenta indicavit, verum bis etiam vocabulo *anacephalaeosis* usus est (I 2; 47)[1]. quod cum vetustiores grammatici velut Atilius Fortunatianus art. rhet. II 31 et Marius Victorinus expos. in II rhet. Cic. 2, 48 usque ad Martianum Capellam V 564 usurpent, patres vero ecclesiae inde ab Augustino de civ. dei XV 21 Latinum *recapitulatio* habeant, grammaticus ille saeculo a. Chr. quarto tribuendus videtur. constat enim eodem

capitum inscriptiones

1) v. infra p. LX.

tempore etiam carminum Horatianorum inscriptiones vocum Graecanicarum plenas compositas esse[1]).

Deinde non dubito quin eiusdem fere aetatis et fa- prologus bricae prologus quoque ille sit, cuius in H(eidelbergensi Palatino 1568) et P(arisino 18104), quibus solis ex vetustioribus codicibus servatus est, haec verba sunt[2]):

Anno XIIII (*XIII* P et Vinetus)[3]) *olympiadis Lucius Anneus Melas*[4]), *frater Senecae et Gallionis, bona Lucani poetae, filii sui, a Nerone promeruit* (*promeretur* Hieronymus chron.). *unde colligi potest Iunium Gallionem et Lucium Anneum Senecam et Lucium Anneum Melam fratres fuisse, at Marcum Anneum Lucanum poetam Lucii Annei Melae filium ac per hoc aliorum duorum nepotem. ergo quisnam horum libri huius auctor sit, an Lucius Anneus Seneca, an Lucius Anneus Melas incertum facit* (*est* pro *f* scripserat P, sed statim mutavit) *communitas nominum Lucii et Annei. nam Flori non est ibi mentio. nemo vero melius nec ornatius nec expeditius nec purius nec defaecatius nec brevius nec lautius* (*latius* H Vin.) *hoc Anneo aliquid* (*aliquid* om. Vin.) *componere potuit*[5]).

Habes igitur verba grammatici alicuius qui repertam epitomam, cuius dicendi genus et brevitas mirum quantum ei placeret, denuo editurus de scriptoris iam ignoti nomine quaerebat. cum autem clarae in litteris Annae-

1) E. Zarncke, 'de vocabulis Graecanicis in inscriptionibus carminum Horatianorum', Argentorati 1880.

2) de codicibus v. supra p. XVIII et XX.

3) male et Salmasius et Iahnius *XIII* scribunt, cum H *XIIII* habeat, qui numerus corruptus est ex *olympiadis undecimae anno quarto* apud Hieronymum.

4) sine idonea causa A. Reifferscheidius Suetonii reliq. p. 97 Graecam nominis formam, quae et ipsa in Hieronymi libris inest, in *Mela* mutavit. *Anneus* sine diphthongo scriptum hic servavi, quia frequens est in titulis cadentis et vulgaris Latinitatis.

5) ultimum hoc enuntiatum non, ut Dukerus putat, deest apud Vinetum, qui in 'Castigationibus in Florum' (Lutetiae Paris. 1550) p. 3 hunc prologum a se 'in antiquo libro post rubricam' repertum esse dicit.

orum gentis recordatus Hieronymi chronica, quibuscum primum enuntiatum praeter corruptum anni *IIII olympiadis CCXI* numerum congruere iam Salmasius vidit, vel eorum auctoris Suetonii libellum de vir. inlustr. (p. 97 ed. Reifferscheid) evolvisset, duos Lucios Annaeos invenit, quorum alterius utrius librum esse praepropere coniciebat. memor tamen his Flori cognomen non fuisse ipse minus certam coniecturam suam esse intellexit — ita enim verba eius videntur interpretanda — et satis habuit scriptorem summis laudibus efferre. quae laudes tumidissimae rhetoris vel grammatici alicuius haud dubie sunt, non hominis Christiani. nam ecclesiae patres eam rationem qua Florus historiam narravit valde improbasse notum est[1]). praeterea editor Christianus vix abstinuisset ab Annaeorum laudibus et commemoratione amicitiae qua Paulus apostolus et Annaeus Seneca coniuncti fuissent, sicut is fecit qui Senecae philosophi epistularum moralium et dialogorum archetypis Pauli et Senecae epistulas ficticias et huius vitam ex Hieronymi viris inlustribus petitam praemisit.

Iam vero redeamus ad capitum inscriptiones. facile enim ex iis intellegitur, qua de re adhuc lis est, codicem B alterius recensionis libris et praestare et integriorem esse, cum multo pleniores et emendatiores traditae sint quam in illis. omisit autem C non solum plurimas (I 1 *a Romulo tempora regum septem*, II 22—34 *bellum Noricum, b. Illyricum, b. Pannonicum, b. Dalmaticum, b. Moesicum, b. Thracicum, b. Dacicum, b. Sarmaticum, b.*

---

1) ad Flori verba de bello Punico secundo I 22, 1 Augustinus de civ. dei III 19 aperte alludens dixit: — — — *ut his quoque fatentibus qui non tam narrare bella Romana quam Romanum imperium laudare instituerunt similior victo fuerit ille qui vicit.* Orosium ad ipsos *historicorum gentilium* maximeque Flori eiusque auctorum errores refellendos historias suas composuisse inscriptio earum et quaevis pagina demonstrat. Hieronymum denique epitoma usum esse Woelfflinus probavit ('Archiv f. Lexikogr.' VI [1889] p. 3).

Germanicum, b. Gaetulicum, b. Armenicum, b. Cantabricum et Asturicum, pax Parthorum et consecratio Augusti), sed etiam quaedam licenter immutavit: II 6 ubi *bellum adversus socios* quod B habet cum ipsi sine verbo positum displicuisset, pronomen relativum et *gestum est* adiecit, quamquam paulo inferius similes inscriptiones II 18—22 *bellum cum Sexto Pompeio, b. Parthicum sub Ventidio* eqs. securus transscripsit. non multum differt quod I 25 *Aetolum* in *Aetolicum* mutavit et II 14 pro titulo *res sub Caesare Augusto* in N *Caesar Augustus* in L *de Caesare Augusto* posita sunt.

Patet cum capitum inscriptionibus artissime coniunctam divisio in libros esse divisionem epitomae in libros. in B enim nisi duos non habemus, quorum prior bella externa, posterior *domesticos motus,* ut Florus ipse appellat, Augusti rebus gestis terminatos continet. contra C quattuor habet ita diremptos ut primus usque ad bellum Punicum primum pertineat (II 1 = I 18), secundus ad bellum Iugurthinum (III 1 = I 36), tertius ad bellum Catilinae (IV 1 = II 12)[1]. quarum divisionum utra genuina sit scriptor ipse indicat extremis libri secundi verbis: *hos - - - omnis domesticos motus separatos ab externis iustisque bellis ex ordine persequemur,* ut mirer Iahnium quod Titzium secutus librum singularem a Floro editum esse sine idonea causa contendit (p. XXXVII). unde autem C, cuius novandi studium et sublestam fidem iam in capitum

1) mentione non dignum putarem, nisi Iahnius de ea re locutus esset, in quibusdam codicibus recentissimis initium tertii libri, qui est in Nazariano, ab capite secundi ultimo fieri et quarti initium a secundi, qualem Bambergensis habet, capite primo. porro in Leidensi Lat. 19 cartaceo fol. saeculi XV, quem Kiliae inspicere licuit, quinque adeo libri numerantur, quorum secundus incipit ab I 3, tertius ab I 18, quartus qui inscribitur *De uitiis romanorum et de tertia etate* ab I 34, 18, quintus ab II 1. ultimis autem epitomae verbis haec subscripta sunt: *Lucii annei flori epitoma in Titum liuium liber quintus et vltimus. Ductus ab exemplari domini Guiniforti Bergigij. DEO GRATIAS AMEN.*

inscriptionibus cognovimus, quattuor libros habeat manifestum est. nam cum a Floro ipso quattuor aetates populi Romani indicari initio operis vidisset, hanc divisionem sequi maluit, quippe quae altera, cuius libri satis longi sunt, aliquanto esset commodior. atque primi quidem libri eundem ei finem statuere licuit quem ille adulescentiae fecit — nam infantia, cuius duo tantum capita sunt, integrum librum explere non licebat —, in ceteris vero quin a scriptore discreparet fieri non poterat, cum ille senectutis, quam ab Augusto ad Traianum pertinere voluit, historiam non narrasset. quam ob rem libri tertii initium fecit a *bello Iugurthino,* quarti a *bello Catilinae,* quae labentis rei publicae Romanae manifestissima signa ex Sallustii libris cognoverat.

Sed obicient adversarii librorum divisione capitumque indicibus non satis probari libri B praestantiam, in ipsam arenam descendendum esse et de recensionum A et C scripturis dimicandum. diremisse autem litem Beckius sibi visus est, cum 'observat. crit.' p. XXX scriberet ex CC fere locis in B CXXXIX corruptos aut interpolatos esse, XXII veri simile esse non praebere veram lectionem, in N LVIII et II, in L Voss. Harl. XI et I. attamen si ad calculos vocanda res erat, non licebat CC tantum locos considerare. omnes de quorum scriptura dubitari potest adhibendi erant neque ullus qui a B aut Orosio stat omittendus. quod cum ille maxime sub finem satis crebro fecerit[1]) et de multis locis in tabulas ab eo relatis aliter iudicari posse pateat et iudicatum sit ab Iahnio aliisque, et hunc et Beckium in Floro recensendo, similiter ac nuper alii viri docti in Pausaniae fide pensitanda fecerunt, causidicorum potius, quos quam acerbo odio maiores nostri persecuti sint Florus ipse tradidit, partes egisse intellegitur quam iudicum aequorum. nam eum codicem quem sibi ducem elegerant ita adamarunt ut

recensionum A et C examen

1) plurimarum recensionis C lacunarum paucas tantum memoravit Beckius.

etiam vitia eius defenderent, in altero vero tanquam eius acerrimo adversario vix quicquam invenerunt quod probarent. in quem errorem ut inciderent facile fieri poterat. nam ut taceam de vitiis quibus utraque recensio inquinata est et quae ex communi earum archetypo repetenda sunt[1]), alia haud pauca A quoque habet quae in C rectius tradita sunt. peccavit igitur uterque, sed C plura et graviora. cum autem in animo non sit omnes illos locos enumerare et qui eos examinare velit adiutus huius editionis adnotationibus id facere possit, maxime memorabiles tantum elegi, ex quibus natura ac ratio utriusque recensionis commode perspiciatur.

de lacunis Atque ut a lacunis initium capiam, maximam illam qua in C maior pars narrationis belli cum S. Pompeio gesti hausta est (p. 161, 16—162, 22) B solo ita expleri notum est ut haud pauca de hoc bello a Cassio Dione non narrata Iahnii demum editione innotuerint. cum autem lacunae spatium singulis libri B paginis, quales sub finem codicis sunt, prorsus, libri N fere respondeat, integram paginam in C omissam esse patet. itaque si indolem librariorum spectas, non pensatur hoc damnum eo quod in B ultima libri secundi verba (p. 181, 6—182, 13) desunt. nam hoc ideo factum esse, quod eius archetypus sub finem male habitus erat iam vidimus, illud vero classis C damnum incuria librarii ortum esse apparet, praesertim cum huius archetypus alibi nullum detrimentum fortuitum passus sit. porro B, a cuius partibus iis locis quibus succurrit etiam I stat, has plurium verborum lacunas alterius recensionis explet: p. 11, 15 *ex filia*; 13, 16 *in plebem verberibus*; 16, 4 *Lucretiae maritum*; ubi interpolator haud dubie ipsum consulis nomen supra memoratum posuisset; 19, 7 *iuvenes more siderum praetervolaverunt*; 40, 6 *sibi iunxit*[2]); 58, 10 *pusilli*

1) v. infra p. XXXVIII sq.

2) cave credideris haec verba ab interpolatore adiecta esse. quod si ita esset, in C *plebeio Stoloni* non *plebeio. stolo.*

iam[1]); 60, 13 *tantum quod ab Alpe descenderat aput Metaurum*[2]); 61, 12 *Numidici regis equitatus,* pro quibus quae in C leguntur *exercitus fudit* nemo dubitabit quin spuria sint; 73, 1 *Persae filii*; 120, 2 *sine notore*; 130, 1 *dum taxat*; 149, 20 *lituorum in suos sese* (*esse* B) *circumegere*; 150, 19 *quod ipse bis fecerat*; 152, 2 *quo usque*[3]); ibid. 8 *signiferos orare hortari increpare*; 155, 20 *externis servilibus*; 157, 10 *consules duos*; 159, 2 *caedes improbaretur. igitur Ciceronis*; ibid. 14 *et signis insedit examen*; 161, 5 *ac fortissimos*; 167, 8 *omne litus Actiacum*; 169, 11 *dabant. quasi in rupes*; 170, 7 *ingressus est*; 171, 1 *nomen eis*; 172, 9 *Rhoemetalce rege*; 177, 16 *repente ferro subiit. et tunc quidem Cae-*; 179, 11 *morte gravior ad id tempus indomitis*; 180, 1 *videbatur hic*; ibid. 7 *pro victoria fuit.* aliquanto minor est lacunarum libri B numerus quae in C non extant. in quibus considerandis ne obliviscaris magnam earum partem in B primo ortam videri (p. 175, 4), cum I iis locis quibus maximae lacunae hiant adhiberi nequeat, L vero aliique eiusdem familiae libri quasdam expleant quas N habet[4]). desunt igitur in B haec: p. 6, 1 *processusque eius inveniet. prima*, pro quibus quae substituit *romae aetas* eam adnotatiunculam esse ex margine in orationem receptam verisimile puto, quae genuina verba expulerit; 25, 5 *rupe deiecit, et ut spem hostibus demeret, quamquam in summa*; 28, 3 *tantum hominum*; 36, 1 *gentes opulentissimas*; 40, 12

(N) vel *plebi ostolo* (L) extare debebat. at C *stolo* dativum putavit!

1) nollem infra vocem *illam* ex C I recepissem, quam ex *illi iam*, cum praecedentis vocabuli *exercitus* ultima syllaba primam *pusilli* hausisset, effictam esse verisimile est.

2) singulorum circiter libri N versuum spatia has lacunas occupare vix recte observavit Iahnius p. XIIII sq. nimis enim propter compendia et scripturae inaequalitatem litterarum singulis versibus comprehensarum numerus variat.

3) doleo quod meo errore in adnotatione haec verba in C deesse indicatum non est.

4) v. p. 41, 15; 121, 8.

libertatem nunc; 56, 14 *totum, per Falernos*; 62, 1 *de Scipionis exercitu praedicaverunt. sed tamen Hannibal*; 70, 6 *viribus Thracum, ferociam*; 72, 20 *ex similitudine Philippi*; 92, 5 *est. † venere illi quam et in barbaris multa vestigia,* quae praeter *est* etiam in L Palat. Monac. aliisque desunt et ideo, quia sensu carent, videntur omissa esse; 95, 15 *Hannibali suffecerint*; 103, 11 *reperta gens ulla est;* 125, 14 *-dita nuce*; ibid. 16 *ex obviis*; 127, 19 *per fauces cavi montis vitineis*; 133, 13 *ac senatu duo milia electi*; 144, 21 *quid times?*; 148, 8 *atque navalium*; 157, 8 *gravis paci*; 166, 17 *pretium libidinum Romanum imperium*; 168, 1 *ad arbitrium*; 174, 3 *quam imperia*; 175, 4 *alias — Druso.* valde autem diversa est utriusque recensionis lacunarum ratio. nam cum A fere ea omiserit quae velut ultimae lacunae verba, cum archetypus damnum aliquod cepisset, difficilia lectu erant[1]), aut ubi librarii oculi ad verba iis quae praecedebant similia aberraverant, in C plurimas mera novandi libidine scribae vel ea quae ipsi non necessaria videbantur resecantis vel quae non intellegebat abicientis ortas esse apparet.

de nominibus propriis

Certissima ambarum recensionum tanquam obrussa nomina sunt propria, quippe quae apud alios historicos reperiantur. atque primum quidem quam misere p. 69, 8 et 177, 13 nomina quaedam barbara in C lacerata vel interpolata sint, cum B proxime a vero absit, iam supra vidimus[2]). gravius etiam est quod C p. 38, 11 ex *Volerone* (*uelerone* B) *ualerium neronem* fecit et p. 83, 10 verba in B recte tradita *postremo Rhoecogene duce se suos patriam*[3]) non inscite in *postremo mori hoc genere destinarunt duces suos seque patriamque* mutavit, ut ante B in lucem protractum nemo editorum quicquam vitii hic subesse odoraretur, aut quod p. 19, 17 pro *Carrhae*, igno-

1) v. p. XI. fieri etiam potuit ut, quae est Iahnii sententia (p. XV), cum illo loco in B pagina nova incipiat, librarius inter vertendum aberraret.

2) p. XXIV sq.

3) cf. Valerius Maximus III 2 ext. 7 et Appianus Hisp. 94.

tiore nomine, *capreae* posuit pauloque inferius (vs. 19) certus nullum aliud flumen cum Euphrate coniungi posse nisi Trigidem *tigris quod eufrates* pro *Tiberis quod Euphrates.* similia sunt quod C p. 81, 20 ex nomine Numantino *Megaravico* quod B habet *Megara victo* effecit, p. 77, 2 ex Graeco *Diaei* (*dinei* B deceptus litterae *a* forma aperta) *dignitate*, p. 91, 18 ex fluminis nomine *Atesin* (*adae sim* B) *ad hostes in*, p. 106, 9 ex *Helvetiis* gnarus videlicet mox Belgas memorari *Belgetis.* contra B in hoc genere multo levius peccavit velut p. 107, 7 ubi *Indutiomarus* in *indubio marus,* ibid. *Ambiorix* in *ambio rex,* vs. 12 *Cottam* in *quod tam* mutavit. nam quod p. 82, 24 non ut C *caeliae*, Hispanorum illius *ex frumento potionis*, mentionem fecit, sed *praellae* inde videtur repetendum esse quod in archetypo *pro* (· i · *proprium nomen*) appositum invenerat[1]). ergo iterum libri B scribam sermonis Latini valde exigua cognitione imbutum videmus qui satis fideliter quae in archetypo invenerat transcriberet, alterius recensionis auctorem paulo maiore nec tamen solida doctrina instructum qui nomina minus usitata in notiora aut in vocabula similia mutaret. interdum etiam minus nota pro notis substituit velut p. 44, 12 *sardiniam adnexamque ei cossuram* pro *Sardiniam adnexamque Corsicam.* praeterea cum constet veteres in nominibus propriis scribendis non ea qua nunc utimur diligentia usos esse, maxime cavendum duxi ne a librorum memoria sine idoneis causis discederem. ita facile fieri potuit ut Florus alibi *Saluvii* (p. 49, 9) et *Dalmatiam* (94, 4) alibi *Salluvi* (p. 89, 9) et *Delmatae* (p. 169, 9; 171, 4) scriberet et modo forma *Arverni* (p. 109, 14; 110, 8) modo *Arveni* (p. 89, 11) uteretur. quare etiam p. 83, 10 *Rhoecogenem* appellavisse videtur qui apud Valerium Maximum *Rhoctogenes* apud Appianum *Ρητογένης* est (v. p. XXXIV)[2]) et p. 109, 9 ex scripturis *casuella* (B) et *ca-*

1) v. adnot. ad p. 161, 16.
2) veram nominis formam Paridis epitoma servavit, Valerii

uelianis (C) et *Κασουελλανόν* vel *Κασόλαυνον* historicorum Graecorum *Casuellanum* restituendum videtur, nisi forte Floro forma *Casuellam* placuit. denique p. 172, 4 id quod proxime ad BC accedit *Cornidius* quamvis titulis non confirmatum ponere malui quam *Cortidius, Comidius, Considius*.

C interpolator

Recensionis igitur C auctorem cum eruditionis copiis pauperculis ad corrumpenda nomina propria abusum esse iam constet, nemo mirabitur si etiam aliis in rebus similiter peccantem deprehenderimus. haud raro enim ubi A argenteae latinitatis consuetudinem sequitur, a C verba ad Donati aliorumve grammaticorum leges immutata sunt, velut p. 5, 17 *unum* ante *hominem* articulum esse opinatus male abiecit[1]. deinde supra vidimus ei inscriptionem *bellum adversum socios* (p. 122, 11) displicuisse, unde enuntiato relativo inducto et rariore praepositionis forma oblitterata effecit: *bellum quod adversus socios gestum est.* 5, 6 ignarus usus pronominis *ille* qui post Senecam filium diu obtinuit *eius* pro *illius* posuit et 7, 13 severiores grammaticae leges secutus *prior* pro *prius,* cum ad Remum referendum sit. 13, 19 et 129, 8 A et B, cum Florus poetas secutus nudum ablativum loci haud raro ponat, *Latio* et *rapidissimo freto* habent, quibus C praepositionem *in* praeposuit. 5, 7; 15; 29, 16; 48, 16; 128, 17; 132, 7; 143, 14; alibi rariores vel illis locis aptissimae formae *condiscant, insemel, cluso*[2] *dein-*

---

codices *theogeni* habent. redit tamen nomen V 1, 5, ubi *rhetogenis* est in libris, *rhoethogenis* apud Paridem.

1) Beckius 'observat.' p. 20 negat hoc loco multitudinem hominum uni homini opponi. at quid aliud est populus quam *multitudo hominum?* paulo supra igitur Florus *unius populi* Romani rebus gestis generis humani facta contineri dixit, hic eundem cum *uno homine* comparat. — ceterum altera quoque historiae Apollonii regis Tyri recensio ab altera ea maxime re differt quod huius genus dicendi vulgare in illa ad grammaticae leges correctum est.

2) hanc formam apud argenteae latinitatis scriptores altera frequentiorem esse sciunt qui Senecarum Lucani Columellae aliorum libros legerunt.

ceps, munerarius[1]), *ferox, radiarent* (*radiaret* Iahnius) in vulgares vel minus idoneas mutatae sunt: *discant, insemet, clauso, sed, munerator, ferus, radiarentur.* alibi autem voculas quasdam a brevi et conciso Flori sermone alienas neque ob sententiam necessarias inseruit velut p. 44, 12 *ei,* 46, 3 *tum,* 135, 19 *namque.* denique frequenter variandi studio ductus synonyma pro genuinis ut *tunc* pro *tum* et *tum* pro *tunc* (passim), *velut* et *tamquam* pro *quasi* (passim), *seuientibus* pro *furentibus* (p. 8, 18), *semita* pro *limite* (p. 27, 13), *iaculisque* pro *tragulisque* (p. 153, 2) posuit. multo rarius B quoque similia vitia traxisse videtur. itaque dubitandum non est quin p. 148, 4 *si ruisset hoccasio* non in eo ipso, id quod leve vitium *ruisset* pro *fuisset* ostendit, sed iam in eius exemplari perperam pro *expedisset* quod C servavit substitutum sit. p. 124, 12 vero nollem *utcumque* ex eodem recepissem. quamquam enim in eo quod B praebet *Jd qualitercumque* prius vocabulum propter male positam capitis inscriptionem adiectum esse patet[2]), vulgarius *utcumque* quod redit p. 129, 17 pro rarissimo *qualitercumque* ab interpolatore aliquo suppositum esse multo verisimilius videtur quam hoc pro illo. porro amari haec composita a Floro non minus quam a Seneca filio et a Columella docet etiam *quomodocumque* quod p. 136, 6 legitur.

de generis Flori dicendi iusta observatione

Aliis locis levius corruptis ubi A et C diversa praebent aliquanto difficilius lis dirimitur. nam quamvis egregium in ea diiudicanda adminiculum sit accurata usus Floriani dicendi observatio inde a Sauppio et Woelfflino, cum Iahnius eam non satis curavisset, magno cum fructu adhibita, tamen minoris ambitus epitoma est quam quae ad omnes locos difficiles apta exempla subministret. insitum autem rhetori variandi studium iam supra cognovimus. itaque memor Hermanniani illius esse quandam

1) v. Quintilianus inst. orat. VIII 3, 34.
2) cf. p. XXVII.

etiam nesciendi artem et scientiam aliquot locis incertum esse significavi utra scriptura praeferenda sit[1]. ac ne exemplorum quidem numero hae quaestiones profligantur. nam perdifficilem statistices in crisi usum esse patet, cum similes loci pariter atque codices non numerandi, sed ponderandi sint. quod si non fecerimus, periculum est ne eo res adducatur ut scriptores non ad rationis leges sed ad indices et thesauros Latinitatis corrigantur. nam apud ipsum Florum evenit ut vocabulum *bis*, quippe quod ille sex aliis locis posuisset, etiam septimo et octavo (p. 63, 4; 69, 1), ubi ferri nullo modo potest, impingeretur[2].

X=A+C Communes sunt utrique recensioni aliquot non ita magni spatii lacunae[3] paucae interpolationes (p. 29, 3; 34, 10; 74, 11; 98, 12; 110, 6)[4] multa vitia. informare

---

1) cf. etiam O. Iahn 'Palamedes' praef. p. IX.

2) 'Berliner philol. Wochenschrift' XI (1891) p. 260.

3) velut p. 89, 5; 93, 15; 100, 5; 123, 6; 136, 4; 149, 16; 155, 6; 160, 12. nondum intellectum erat p. 57, 20 orationem hiare. at fieri non potest quin verba quaedam de Sardis in servitutem abductis exciderint. nam hoc modo *desiderium patrii soli* creatur, non saevitia *in urbes*. quare ante *ut gens* haec periisse conieci: *ingens hominum vis in servitutem abducta*. v. etiam p. 106, 8. ceterum lex illa ut in explendis lacunis, si fieri possit, ea vox vel vocis pars recuperetur, a qua librarii oculi ad eandem vel similem vicinam aberraverunt, nunc immerito a quibusdam neglegitur. velut R. Reitzensteinius in libello inscripto 'Drei Vermuthungen zur Gesch. der röm. Litteratur' p. 52 sq., ubi solita verbositate Lachmannum et Vahlenum impugnans de Ciceronis ad Quintum fr. II 9, 3 dicto de Lucretio disputat, Bergkii verisimile inventum *cum ⟨ad umbilicum⟩ veneris* ne memoravit quidem. eundem Bergkium etiam alibi siluit, (v. 'Literarisches Centralblatt' anni 1894 p. 724 sq. et 'Berliner philol. Wochenschrift' XV (1895) p. 1124).

4) verba quae p. 82, 18; 19; 112, 8; 153, 6; 171, 7 Iahnius aliique obelo notaverunt non dubito quin Flori ipsius sint. si quid peccatum est velut p. 153, 3, ubi postquam de *victoriam desperantibus Pompei liberis* dictum est, post paucos versus de Cn. Pompeio Cn. f. additur *adeo nondum desperabat*, scriptoris hic error est, non interpolatoris commentum.

igitur animo licet librum archetypum (X) propius ad A quam ad C accedentem in duos libros divisum capitum inscriptionibus fortasse iam instructum. de externo eius habitu vix certi quicquam affirmare licet. nam ne genus quidem scripturae quale fuerit omnino constat, cum alia menda ex permutatione litterarum capitalium CG, RP, IT, FT orta esse videantur[1]), alia ut *imperia* pro *interia-* (p. 47, 9), *uariusque* pro *utriusque* (p. 89, 13), *iteoum* pro *iterum* (p. 108, 8), *eracliana* pro *gra(c)chana* (p. 114, 1), *desuo* pro *denuo* (p. 124, 7), *perdita* pro *prodita* (p. 175, 17) vix aliunde quam ex scriptura cursiva vetusta explicationem habeant. inde autem quod N in capitum inscriptionibus alicubi notum illud ex palimpsestis Ambrosianis K pro H servavit (p. 64, 10; 76, 9; 77, 13; 94, 1; 112, 16; alibi) id unum sequitur ut lemmata in eo codice ex quo N pendet illa scriptura exarata fuerint[2]). contra certissimum est et permultis exemplis ab Iahnio (praef. p. XX sq.) probatum iam X variarum lectionum et explicationum nube oppletum fuisse. quamquam enim Beckius quaedam exempla ab Iahnio allata in dubitationem vocavit ('observat.' p. 15 sq.), tamen etiam si de omnibus recto iudicio usus esset[3]),

variae lectiones archetypo adscriptae

---

1) Beck 'observat.' append. II. ea re quod *i* interdum in *l* vel *l* in *i* (p. 125, 16; 171, 6) mutata est non probatur archetypum litteris capitalibus scriptum fuisse, inter quas i longa occurreret. nam huius litterae forma altitudine ceteras excedens usque ad saeculum undecimum in codicibus invenitur.

2) similiter ex varia lectione libri N ad p. 172, 9 in eius archetypo interdum capitum prima verba litteris initialibus scripta fuisse intellegitur. eadem est causa quod p. 153, 17 verba *Hic — reliqua* in L interciderunt.

3) si altera scriptura in Nazariano recentioribus et deterioribus familiae C libris deest, hinc nihil aliud sequitur nisi ut a librariis variam lectionem agnoscentibus et improbantibus omissa sit. porro de aliis locis haud dubie erravit velut p. 43, 18, ubi verba a Beckio sic constituta: *prae tanta huius victoria leve huius proelii damnum fuit alter consulum interceptus* praeter molestam verbi *huius* repetitionem ideo ferri nequeunt, quod *huius proelii* neque ad pugnam apud Li-

alia sat multa restarent quae convelli nequeunt. e quorum numero haec eligam:

	X	C	B (A)
p. 44, 8	*superuixit* *superfuit*	*superfuit. et superuixit.*	*superfuit. ut superuixit*
p. 47, 13	*frustrarentur* *praedae — fluitarent*	*praedae — frustrarentur et fluitarent* (*et fl.* om. L alii)	*praedae — fluitarent*
p. 65, 17	*induxisse* *contentus fortiter indixisse*	*conuentus fortiter induxisse*	*indixisse contentus. fortiter induxisse*
p. 108, 20	*brittaniam petit* *inbritanniam transit*	*brittaniam petit. inbrittanniam transit*	*bretaniam transit*
p. 132, 15	*id* *quantum funerum*	*quid funerum*	*quantum idfunerum*
p. 137, 16	*in praesentem parricidam* *in praesentem reum*	*in praesentem parricidam. in praesentem reum*	*in praesentem reum*
p. 175, 16	*prodita* *ne perdita quidem*	*ne praedicta quidem et prodita*	*ne perdita quidem aut prodita*

---

paras neque ad insidias Cornelio Asinae consuli structas referre licet; aut p. 95, 11, ubi haec quae in C leguntur: *Ponticae gentes a septentrione in mare* (*mare* om. B) *sinistrum iacent, a Pontico cognominatae mari* non venuste dicta esse ipse concedit.

cum igitur X duas scripturas praeberet, modo altera lectio a C altera a B(A) recepta est, modo alter uter aut ambo utramque servaverunt. varias autem lectiones illas esse quas antea supra versus aut in marginibus positas iam in orationem recipiebat non solum additis voculis *et aut vel* (*ut* ortum ex *ut*) significavit, sed interdum etiam punctis positis ubi sententia ea non requirit. hunc morem in aliorum quoque scriptorum codicibus frequentem et ibi etiam adhibitum, ubi librariis aliquid corruptum videbatur, sed ab editoribus, quod sciam, nondum observatum si curiose attenderis, interpolamenta quae non primo obtutu agnoscantur detegi posse apparet[1]. ad quem inlustrandum hos locos, quos partim in adnotationem criticam recipere non licuit, adiciam[2]: variarum lectionum indicia

p. 7, 17 *increpat · saltu transiluit ·* B[3]
ibid. 20 *Jncolae · quia · deerant* L
p. 8, 13 *Nec dolo · sed puella* L[4]
„ 9, 15 *potiretur · regnum ·* L
„ 14, 6 *resdicitur extitisse · res stitere* B
„ 18, 8 *data · elapsa custodiam* L
„ 22, 6 *afferret · triumphum reportaret* B
„ 30, 9 *aceruatim · tamen · sic quoque* N

---

1) velut Apulei met. I 5 verba aliena *qui sim* in F punctis circumdata sunt, v. ‘mus. Rhenan.’ n. s. XLVI (1891) p. 315 sq.

2) alia exempla afferre nolui, quia ex quovis apparatu critico accuratiore facili negotio peti possunt. memoria tamen dignum est Phaedri codicem P in media fabula I 22 hanc observationem grammaticam habere: *hic intellege soricem esse generis masculini* punctis circumdatam, ad quae primus corrector bis hoc signum ∸ apposuit, v. ‘Les fables de Phèdre, édition paléographique par Ul. Robert’ p. 14, 92.

3) dubitari potest an praeter *transiluit* etiam *saltu* eiciendum sit, sed defenditur quodam modo Livii verbis I 7, 2, quae Florus more suo (v. p. XXIII) immutavit, nec probabile est glossatoris esse *saltu transiluit.*

4) fortasse pro *dolose,* quae coniectura libello de vir. inl. 2, 6 videtur confirmari, *dolo* scribendum est. nam *sed* ex *scilicet* ad vocem *puella* adscripto ortum esse potest.

p. 58, 10 *exercitus · pusilli iam* B
ibid. 16 *hispana · carthago* N
p. 66, 20 *sypylum · et spilum* N
„ 108, 18 *captis · respexit* C
„ 110, 9 *cum mil · muro* N
„ 128, 2 *alia castra uareniana · castra* B
„ 133, 19 *defossis · seruatum* N
„ 134, 4 *expugnatam · (expugnatum ·* L) *ut* C
„ 135, 20 *tanti uiri res · rescindere* (om. *acta*) B
„ 139, 15 *est · ita intra* L
„ 151, 9 *arma · et armenta* B
„ 156, 7 *uideret · se · plene* L.

Sed ut redeamus ad X, maxime variae illae lectiones docent epitomam iam, antequam recensiones AC ortae essent, multum lectitatam fuisse. iisdem effectum est ut haud paucae duarum recensionum discrepantiae nascerentur. alteram enim scripturam A, alteram C praeferebat. quare verisimile est interdum etiam in corruptelis ab A hoc ab C illud vocabulum omissum esse, ut Flori manum ex utriusque scripturis coniunctis recuperare debeamus. velut p. 127, 17, ubi B tradidit: *prima sedes uelut bellus mons uaesuuius placuit,* C: *prima uelut arauiris mons uesubius placuit,* verum videtur esse: *prima sedes uelut beluis rabidis*[1]) eqs., cum B *arauiris*, quia non intellegebat, omiserit, C autem *sedes* propter vocem *ara* (*ara uiris* L) et *bellus* post simile verbum *uelut.* deinde variae lectiones non ab uno homine qui totam epitomam recensuerit videntur profectae esse, sed sensim per temporum decursum a pluribus librariis adscriptae. quorum alii medii aevi scribis vix eruditiores erant ut is qui nomen legati Caesariani *Auruncıleius* in *aurum ablatum* corrupit (p. 107, 11), alii doctrina quadam instructi ut ille qui, cum Florus (p. 29, 2) scripsisset: *caput urbium Capua, quondam inter tres maximas numerata*, necessa-

1) in Flori textu *rabidis beluis* scripsi, sed illud propius ad librorum memoriam accedit.

rium duxit post *maximas* nomina *Romam Carthaginemque* adicere.

Iam vero nonnulla de F l o r o i p s o e i u s q u e s c r i p t i s dicenda sunt. atque ut a nominibus eius exordiar, hac quoque re Bambergensis recensio et Nazariana inter se differunt quod in B *Iulius Florus* in C *L. Anneus Florus* audit. neque vero in N demum et L et in aliis eiusdem stirpis libris praenomen et nomen extant, sed iam ab eo qui prologum scripsit in codice quo utebatur inventa sunt (v. p. XXVIII). contra *Iuli* nomen ante B non occurrit et ideo, quod praenomen ei non praeponitur, suspicionem movet. nam constat a medii aevi librariis non solum scriptorum nomina misere corrupta esse — in catalogo bibliothecae Laureshamensis saeculi IX *Annei Flori* in *Ennii Flori* mutatum est et in catalogo Lemovicensi saeculi XII *Gneus Florus* memoratur[1]) —, sed e pluribus nominibus unum vel duo et imprimis praenomen aut nomen tanquam inutilia et a suae aetatis more abhorrentia frequenter omissa esse. itaque etiam si non aliae causae, de quibus infra dicendum est, accederent, perquam probabile videretur C veriora tradidisse quam B. id enim quod obstare putant *Luci* non facile in *Iuli* corrumpi potuisse[2]), non obiciet is qui reputaverit N, quem his in rebus paulo propius ad X accedere quam B videbimus (p. LIX sq.), interdum litterae C hanc formam Ɛ servavisse[3]). *IUE* autem a *LUE* non multum abesse quis est qui non videat?

Flori nomina

---

1) v. P. Manitius in 'museo Rhenano' XLVII (1892) supplem. p. 72.

2) Schmidinger l. c. p. 781 sq. *IVE* ex *IV libri* ortum esse putat, sed ab F. Ruehlio refutatur ('Berliner philol. Wochenschrift' XV [1895] p. 237).

3) p. 5, 2 N haec habet: *AREGE · ROMVEINEESarē:* p. 17, 6 *ETRVSEVM* (*E* correcta ex *C*) *REGE;* p. 21, 1 *FdLIS · EVM* · ceterum nota est eadem litterae Σ forma ex Hadrianeae aetatis titulis Graecis. quamquam autem in Latinis eodem tempore incisis, quod sciam, non occurrit, tamen fieri potest ut ab ipso Flori autographo originem ducat. nam aliam

Flori aetas

Hic igitur L. Annaeus Florus epitomam Hadriano imperatore composuisse creditur, cum ipse haec dixerit (p. 6, 10): *a Caesare Augusto in saeculum nostrum haut multo minus anni ducenti, quibus* (imperium Romanum) *inertia Caesarum quasi consenuit atque decoxit, nisi quod sub Traiano principe movit lacertos et praeter spem omnium senectus imperii quasi reddita iuventute reviruit.* pro *reviruit* autem, quod Iabnius Halmiusque ex B receperunt, *revirescit* in C legitur et multo verisimilius videtur praesens tempus propter vicina *consenuit, decoxit, movit, fuit* in perfectum mutatum esse quam hoc in illud. neque obstat ducentorum fere annorum ab Augusto usque ad Flori aetatem computatio, cum a bello Mutinensi usque ad obitum Traiani CLX numerentur [1]). qui numerus etiam aliquanto augetur. cum enim verba *sub — lacertos* nisi mortuo Traiano dicta esse non possint, in toto autem enuntiato vivida eius recordatio insit, sub finem imperii Hadriani praefationem compositam esse credibile non est. accedit quod verba (p. 173, 7) *sic tum Dacia non victa, sed summota atque dilata est* eam provinciam a Traiano factam digito demonstrant [2]). multo vero minus probabile est, ut taceam de Titzio Augusteae aetati Florum vindicante, quod G. W. Gossravius eum sub Traiano scripsisse putat [3]) aut G. F. Ungerus sub M. Aurelio Antonino [4]).

---

rationem librariae scripturae aliam quadratariae esse vix est quod moneam.

1) inde ab eo tempore quo Augustus natus est annos computare, id quod alii fecerunt, vix licet.

2) premere nolo quod Traianus non *divus* appellatur, cum Florus ne Augustum quidem aut Iulium Caesarem ita vocaverit. id quod monendum est contra Gossravium p. 9.

3) 'De Flori qua vixerit aetate', progr. Quedlinburgense anni 1837.

4) Ungerus 'Philologi' XLIII (1884) p. 417 sq. accuratius tempus ita definit (p. 441): *nach Hadrian und Antoninus Pius, entweder während des parthischen Krieges oder gleich nach ihm* (fere 920 a. u. c. = 167 p. Chr.). sub M. Aurelio Antonino E. Boisardus in libello, cui inscripsit 'la biographie de Florus'

Quem Florum non diversum esse ab eiusdem nominis poeta et Hadriani amico, cuius versus nonnullos Charisius Spartianus anthologia Latina servaverunt, multi opinabantur. quamquam enim Charisius eum *Annium* appellavit, notum est cum aliunde tum ex L. Annaei Senecae codicibus quam saepe hoc nomen cum simili confusum sit. porro epitomae genus dicendi poeticum huic sententiae valde favet. sed invento a Th. Oehlero in codice Bruxellensi 10677 saeculi duodecimi prooemio dialogi[1]), qui *P. Annii Flori Vergilius orator an poeta* inscribitur et a F. Ritschelio 'musei Rhenani' n. s. I (1842) p. 302 sq. primum editus est, dubitationes viris doctis obortae sunt. nam etiamsi hunc scriptorem, qui se puerum in ludis Capitolinis a Domitiano institutis de praemio certavisse narrat et Traiani Dacicum triumphum memorat, eundem atque poetam esse negare non licebat, nominum diversitas efficiebat ut epitoma alteri Floro qui nec dialogum nec carmina composuisset tribueretur. attamen nimis morose Iahnius (p. XLV) eos temeritatis insimulavit qui P. Annium et L. Annaeum 'contra omnes libros' eundem hominem esse contenderent. quam exigua enim codicis Bruxellensis saeculo duodecimo neglegenter exarati in scriptoris nomine stabiliendo auctoritas sit facile perspicitur, praesertim cum in eiusdem aetatis Senecae filii codicibus huius nomen, de quo dubitari nequit, in Annius frequenter corruptum sit. deinde vero quamquam in quaestionibus de homonymis instituendis sum-

---

(Montpellier 1871) et qui fugit Huebneri Teuffeliique diligentiam, epitomam a Floro compositam esse magis contendit quam comprobavit. nam Iulii nomen solo B traditum nimis pressit et mira computandi ratione p. 8 usus est, ubi dicit: '*pas beaucoup moins de 200 ans' ces termes signifient sans doute 190 ans, ou si l'on veut de 185 à 190.*

7) cum Iahnius (praef. p. XLIIII) ex Schopeni sententia eam 'praefationem declamatoriam' putavisset, quam Florus carminibus suis praemisisset, iam verius ob Flori cum amico Baetico colloquium dialogus agnoscitur, v. Teuffel-Schwabe RLG[5] p. 881 et R. Hirzel 'der Dialog' II p. 63 sq.

mam cautionem adhibendam esse maxime ex inscriptionibus intellegitur, tamen hic ad eandem aetatem nominumque similitudinem tertia causa accedit eaque gravissima. Woelfflinus enim paucas illas dialogi paginas et epitomam tam arta dictionis cognatione inter se coniunctas esse docuit ut ab eodem homine eas profectas esse necesse sit[1]). itaque iam habemus L. Annaeum — sive Charisii (p. 53, 14; 140, 6 K.) codicem Borbonicum cum Bruxellensi 10677 consentientem sequi mavis, Annium — Florum, poetam et rhetorem et, si ita epitomae scriptorem appellare licet, historicum. cuius de vita quae explorari possunt, cum facili negotio maxime ex dialogi et carminum fragmentis petantur et iam ab aliis dicta sint, hic repetere nolui[2]).

Flori scripta: dialogus de Vergilio oratore an poeta

Sed transeamus ad Flori scripta. dialogum igitur qui *Vergilius orator an poeta* inscribitur lepidum illud prooemium Tarracone compositum esse ostendit[3]). quo autem modo ipsum argumentum tractatum fuerit coniecturis assequi non possumus. nisi quod Flori aliquanto vividiorem et elegantiorem disputationem fuisse probabile est quam Macrobii, qui libro Saturnaliorum quarto eandem quaestionem ita solvit ut unus interlocutor om-

---

1) 'Archiv für latein. Lexikographie' VI (1889) p. 1 sq. addi potest pariter atque in epitoma terrarum nomina sine praepositionibus poni (p. 182, 6; 185, 4) et nominum Graecorum terminationes Graecas esse (184, 27; 185, 1; 2; 15).

2) bene Schmidingerus l. c. p. 786 observavit versiculos illos *ego nolo Caesar esse ambulare per Britannos* anno fere p. Chr. 122 et fortasse Romae scriptos esse. erravit tamen quod Florum aliter atque Hadrianum Graecos odio habuisse ex hoc carmine colligit (anth. Lat. ed. Riese 250 = poet. Lat. min. ed. Baehrens IV 417): *sperne mores transmarinos, mille habent offucia. cive Romano per orbem nemo vivit rectius; quippe malim unum Catonem quam trecentos Socratas.* nam *iactatione* imperatorem quoque de Homero et Platone iudicavisse Spartianus (Hadr. 16, 6) tradit et vetustos Romanos ille non minus admiratus est quam Florus.

3) v. praeter alios Ritschelius l. c. p. 308 sq. cf. Aem. Huebnerus 'Hermae' I (1866) p. 97 sq.

nium figurarum rhetoricarum exempla ex carminibus Vergilianis afferat et deinde (V 1, 1) *omnes* qui eius orationem audierunt *inter se consono murmure Vergilium non minus oratorem quam poetam habendum* pronuntient. personae dialogi praeter Florum ipsum et amicum illum Baeticum qui in prooemio cum eo colloquitur etiam unus et alter ex iis videntur fuisse, quos sibi in templo Tarraconensi occurrisse primo enuntiato narrat. ceterum Iahnii Halmiique exempla secutus libelli reliquias huic editioni adiunxi paulo aliter quam ab illis constitutas, cum de scripturis Bruxellensis 10677 (saec. XII) post Oehlerum et Bursianum a Mommseno ('Rhein. Mus.' XVI [1861] p. 135) et a Baehrensio ('lection. Lat.' p. 19) collati iam non dubitari possit et ex mendis quae satis multa insunt plura quam in illis editionibus sublata sint. in adnotationibus autem criticis eas lectiones quibus nihil adiectum est libri Bruxellensis esse vix est quod moneam.

Iam accedamus ad difficiliorem aliquanto et intricatiorem quaestionem de epitoma. ut autem de scriptoris nomine ambigebatur, ita nunc de libri inscriptione deliberandum est. nam quamquam B et C in ea sola re discrepant quod B ad *epitoma de Tito Livio* haec verba adicit: *bellorum omnium annorum septingentorum libri n. duo*, tamen neuter titulus pro genuino haberi potest. ut taceam Florum in componenda epitoma nequaquam Livio solo usum esse — de qua re infra plura dicam — num credere licet eum ab illo profectum esse, cum, ut Iahnius dicit (p. XXXV), 'in praefatione, ubi de consilio operis a se suscepti agit, ne verbo quidem Livii meminerit, quod facere debuit, si eum tamquam fontem e quo sua omnia hauserit existimari voluit'? facile autem fieri poterat ut clarissimi historici nomen aut ad commendationem scripti adiceretur, aut quod in multis codicibus *Titi Livi periochae omnium librorum ab urbe condita* praecedunt. deinde verba *annorum septingentorum* ex primo praefationis enuntiato petita esse apparet, cum

epitoma

bellorum omnium iis quae ibidem leguntur *tantum operum pace belloque gessit* minus respondeant[1]). accedit quod in subscriptione libri primi illis non additis eadem praeter levidensia quaedam est in B tituli forma atque in C: *epytoma Iuli Flori de Tito Livio.* contra *epitomae* vocabulo fieri potuit ut Florus ipse uteretur, cum verbis praefationis: *ipsa sibi obstat magnitudo rerumque divertitas aciem intentionis abrumpit* et *in brevi quasi tabella totam eius imaginem amplectar* apte circumscribatur. neque vero negaverim illud ab eodem qui Livii nomen intulit adici potuisse. quare fatendum est genuinam libri inscriptionem nobis ignotam esse et coniecturis vix recuperari posse. nam quamquam ea quam Titzius editioni suae praeposuit[2]): *epitomae rerum Romanarum* habet quibus commendetur et Flori ipsius verbis etiam magis haec forma respondet: *epitomae rerum a populo Romano gestarum libri II,* tamen pro certis aut verisimilibus has venditare non ausim[3]). sed multo minus probabilis illa est quam H. Muellerus (v. p. 1) ex scholio ad Lucanum V 577 (cf. VII 470) finxit: *historia bellorum omnium* (vel collato Augustini loco de civ. dei III 19 *Romanorum*) *annorum DCC.* cum enim illic Caesaris dictatoris ad gubernatorem vox: *quid times? Caesarem vehis* (p. 144, 21) his verbis commemoretur: *in historia legitur sic saepe Caesarem gubernatori dixisse,* nihil aliud sequitur nisi ut scholiasta

---

1) fortasse ab eodem qui capitum inscriptiones composuit praeter paucissimas a vocabulo *bellum* incipientes illa verba adiecta sunt. nam Florus ipse ineunte praefatione se *opera* quae populus Romanus *pace belloque* gesserit narraturum esse profitetur.

2) 'Florus ed. F. N. Titze', Pragae 1819 et eiusdem 'De epitomes rerum Romanarum, quae sub nomine L. Annaei Flori sive Senecae fertur, aetate probabilissima vero auctore operis antiqua forma quaestionum novarum libri III', Lincii 1804.

3) constat Prisciani testimonio (gramm. Lat. III p. 482, 2 K. cf. II 250, 18 et Apulei flor. 9, 37; 20, 98) ab Apuleio *epitomas historiarum* editas esse.

aut Flori nomen consulto tacuerit aut oblitus sit apud quem historicum illam narratiunculam legerit. *historiae* autem nomen cuilibet libro fata populi Romani narranti tribui potuisse patet.

Flori in componenda epitoma consilium

Quod consilium Florus in componendo libro secutus sit et ipse in praefatione professus est, ubi ad augendam populi Romani admirationem breviter se et *pariter atque insemel* universam magnitudinem eius ostendere velle dicit, et ex quovis paene epitomae enuntiato perspicitur. nam praeter paucissimas omnes res ab illo gestas summis laudibus extollit et quae alii prolixe narraverant in brevius contrahit. sed puerorum in usum eum scripsisse, ut quidam opinantur, haud crediderim, cum saepenumero gravissima facta et hominum locorumque nomina memoria dignissima tacuerit, in iis vero quae artificiis ex rhetorum disciplina petitis exornari poterant diutius immoretur. praeterea alicubi eum contra temporum rationem et fidem historicam peccavisse notum est. quare probabilius videtur eum hominibus qui res Romanas iam aliunde cognoverant scripsisse maximeque iis qui de rebus a populo suo praeclare gestis declamationes componebant[1]). immerito autem a multis inde a C. Sigonio A. Ruperto I. G. Graevio opprobrio ei datur quod non satis accurate facta tradiderit et aliquot errores gravissimos commiserit[2]). dubitare enim licet an ipse Florus

1) cf. p. XXVII. ex Senecae patris suasoriis sexta et septima ad historiam Romanam pertinent, ex declamationibus Quintilianeis maioribus tertia eademque ex Calpurnianis.

2) horum virorum, qui imprimis id agebant ut Florum in scholis lectitatum e discipulorum manibus excuterent, de illo iudicia Dukerus in praefatione editionis collegit. ex recentioribus acerbissime eum vituperaverunt L. Spengelius 'Abhandlungen der bayerischen Akademie' XXXVI (1861) p. 319 sq. et I. Reberus, 'das Geschichtswerk des Florus' Frisingae 1865. atque adeo G. Bizos, 'Flori historici vel potius rhetoris de vero nomine aetate qua vixerit scriptis' (Lutetiae Parisiorum 1876) p. 76 de eo haec pronuntiavit: *scriptorem tam levem mendosumque nullo modo dignum esse qui vere historicus nominetur iure ac merito nobis concludere licet.*

se historicum putaverit verissimeque dictum est a Sigonio declamatoris sibi non historici opus eius videri. itaque pro oratione vel potius declamatione habendum est non pro enchiridio historico neque multum curasse scriptor videtur utrum eloquentiam in hac materia exerceret an in quaestionibus rhetoricis velut in illa quae est de Vergilio oratore an poeta. hoc tamen cavendum est ne obliviscamur scite et ingeniose Florum rem suam administravisse et re vera id quod in praefatione se effecturum esse sperabat consecutum esse ut 'non nihil ad admirationem principis populi conferret'. merito enim post I. I. Scaligerum, qui quamvis illius errorum bene gnarus Florum 'argute et rotunde' scripsisse praedicavit[1]), et post Cl. Salmasium, qui 'elegantissimam' epitomam appellavit[2]), I. Lipsius, quo vix quisquam argenteae Latinitatis scriptores melius cognoverat, haec de eo professus est[3]): 'compendium non tam Livii, a quo saepe dissentit, quam rerum Romanarum scripsit: si quid mei iudicii est, composite diserte eleganter. subtilitas quidem et brevitas in eo saepe mira et sententiarum quaedam gemmulae cum iudicio insertae et veritate'. hoc sane tacuit Lipsius quod Graevius acerbius in Floro exagitavit eum studio luminibus rhetoricis orationem usque quaque distinguendi ad ineptas quasdam et ventosas hyperbolas se abripi passum esse, sed commune ei hoc vitium est cum multis aliis scriptoribus Latinis maximeque cum Annaeis, quorum non multo ante eum summa erat auctoritas, Seneca patre et filio et Lucano. praeterea longe frequentiores ii loci sunt quibus Florus sincera populi sui admiratione in-

1) ad Eusebii chronic. a. MDCCCCLXIV.

2) initio praefationis editionis Flori et Ampelii.

3) 'Electorum' lib. II cap. 5. quod idem Florum 'Hispana fuisse origine' coniecit, memor haud dubie fuit laudis qua I 33 et 34 hanc provinciam prae ceteris ornat. probabilius tamen est quod O. Ribbeckius frustra a Schmidingero (l. c. p. 787) impugnatus Tarracone epitomam compositam esse putat ('Geschichte d. röm. Dichtung' III p. 318).

flammatus eius laudes melius et elegantius celebravit quam alii multi; et ex gravissimis quae illi obiciebantur nonnulla velut id quod Graevius II 6, 12 legendum esse putabat *miserabili funere per mediam etiam urbem viam fecit* iam librorum BN auxilio emendata sunt. hac igitur imprimis epitomae virtute, ad quam altera accedebat quod apte et scite priorum historicorum magnae molis opera ita in brevius contracta sunt ut graviores res paene omnes memorentur, effectum est ut per totam antiquitatem frequentissime et legeretur et describeretur eaque quae vulgo de populo atque imperio Romano usque ad Augustinum et Orosium opinio obtinuit ab hoc maxime libello penderet. cum enim Livius aliique vetustiores per librorum decades id ostendere in animo haberent a quibus primordiis Romana res publica ad summam potentiam pervenisset et quomodo paupertas et frugalitas priscorum civium sensim in avaritiam luxuriamque abiisset, Florus primus eorum qui quidem aetatem tulerunt divino quodam consilio Fortunaeque et Virtutis auxilio a populo Romano orbem terrarum subactum esse probare studet. quam sententiam quamvis ecclesiae patres vehementer impugnarint, tamen haud pauca ab illo mutuati sunt[1]). si igitur eius liber periisset, non tantum res quasdam ab eo solo traditas ut in bellis contra S. Pompeium et in Variano nesciremus, sed eum scriptorem amisissemus, cuius de historia Romana iudicium aliquot saecula secuta sunt. accedit quod aliter et verius quam ii qui abolita re publica libera omnia pessum data esse querebantur, sub Traiano certe senectutem imperii quasi reddita iuventute reviruisse praedicavit.

Attamen dubitare licet utrum illa omnia a Floro primo dicta sint necne. atque hac quidem re quod in priore maxime operis parte omnes res a populo Romano ipso gestas esse fingit[2]), ducum vero nomina saepe omittit, fontes:

1) v. p. XXIX adnot. 1.
2) *populus Romanus* vel *Romanus* cum inde a primis epitomae

Catonis origines

proxime accedit ad M. Porcii Catonis originum exemplum, a quo imperatorum nomina narrationi detracta esse constat. neque casu factum videtur quod hic usus praecipue in capitibus quae sunt de primo et secundo bello Punico et ipsis a Catone traditis cernitur. deinde non solum notum est quantae admirationi hic Hadriano eiusque aequalibus fuerit, sed etiam nunc supersunt Flori octonarii hi: *sperne mores transmarinos, mille habent offucia; cive Romano per orbem nemo vivit rectius; quippe malim unum Catonem quam trecentos Socratas*, qui quin ad Catonem maiorem pertineant dubitari vix potest. ceterum hoc paene unicum Hadrianeae aetatis et antiquitatis Romanae tunc reviviscentis in Flori libro est documentum. nam et dicendi genus longe abest ab adfectatis Frontonis Gellii Apulei archaismis et in rebus ipsis quas narrat maximam partem pendet ab argenteae quae fertur aetatis scriptoribus[1]). quamquam autem dudum intellectum est verum non esse id quod inscriptio tradit epitomam *de Tito Livio* excerptam esse[2]), quoniam et multarum rerum

---

verbis ita fere enuntiatorum subiectum sit ut multis interpositis iterum iterumque subintellegendum sit quamvis non repetitum, librariis additionum et errorum ansam dedit (p. 27, 2; 15; 30, 9; 83, 13; 155, 6). accedebat quod hac nota *p. R.* scriptum supra versus vel orationi ipsi facile inseri poterat.

1) unicum illum locum, ubi Florus ipse se aliunde aliquid petivisse significavit, I 11, 3 (*Campania*) *Liberi Cererisque certamen dicitur,* cum mire concinat cum Plinio n. h. III 60 *Campania — — —, ut veteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen,* Iahnius (praef. XLVI) Meinertum secutus ab illo depromptum esse putat. probabilius tamen videtur hanc sententiam ex penu scholarum rhetoricarum petitam esse et a poeta aliquo vetere sive Graeco sive Romano originem ducere (cf. Ennii ann. fragm. apud Censorinum p. 68, 10 H.). certe in memoriam revocat notissimas Graecorum fabulas, quibus duo dii de terra aliqua contendisse feruntur.

2) *periochas* ex Livii decadibus excerptas et hodie superstites toto caelo a Flori libris diversas esse notum est. hos vero, cum ambitu dispositione rebus ipsis a Livio discreparent, antiquis certe temporibus epitomam illius dicere non licebat sed novum opus.

narratione ab eo discrepat et dispositionem omnino diversam sequitur, tamen fieri non poterat quin Florus quaedam ab clarissimo illo et bene sibi noto historico peteret. multo vero magis ad Claudiani et Neroniani imperii scriptores inclinat et praesertim ad eos quorum tunc summa auctoritas erat L. Annaeos Senecas, patrem et filium[1]. qua de re cum iam alio loco disputaverim[2], hic graviora tantum maximeque ea de quibus post hos septem annos aliter sentio proferam. constat S e n e c a m, quem rhetorem appellant, *historias ab initio bellorum civilium* (· i · a seditionibus Gracchanis) *usque ad mortis suae diem* scripsisse, quas ipse non edidit sed filio emittendas reliquit. id quod re vera factum esse et huius verba comprobant initio libri *de vita patris* servata (fragm. 98 ed. Haase = p. XXXI ed. Studemund): *si quaecumque composuit pater meus et edi v o l u i t iam in manus populi emisissem* et duo fragmenta a Lactantio inst. divin. VII 15, 14 et a Suetonio Tib. 73 tradita. iam felici casu evenit ut Senecae verba quae apud Lactantium leguntur eodem fere modo illum atque Florum populi Romani cum uno homine comparati tempora in aetates divisisse ostendant, infantiam adulescentiam iuventutem senectutem constituisse, libertate sub imperatoribus amissa terminum atque finem historiae imposuisse. hoc igitur utique concedendum est et concessum est ab O. Iahnio, homine cautissimo[3], Florum a Seneca imaginem illam mutuatum esse. quod si verum est et si tenueris Florum distri-

Senecae patris historiae

---

1) patri quoque praenomen Lucio fuisse E. Woelfflinus probavit 'musei Rhenani' L (1895) p. 320.

2) 'De Senecae philosophi librorum recensione et emendatione' p. 162 sq.

3) praef. p. XXXIX. non curo eos qui nuper causis non allatis dubitaverunt num Seneca a Floro adhibitus esset. gaudeo tamen quod quae in libro supra memorato exposui cum aliorum virorum eruditissimorum assensum tulerunt tum ab S. Brandtio in Lactantii divinarum institutionum recensione a. 1890 evulgata p. CXI sq. et 633 novis argumentis firmata sunt. cf. etiam Pauly et Wissowa 'Realencyclopädie' I p. 2231 et 2239.

butionem illam non solum memorasse sed per totum opus secutum esse, a veri similitudine non abhorret eum etiam plura ex Senecae historiis petivisse. cui coniecturae favet et rhetorica, de qua supra dictum est, epitomae indoles et dicendi genus quod multa et a patre Seneca et a filio traxit simillimum, favent etiam sententiae crebrius quam apud alios historicos inspersae. ad quae probanda pauca exempla ex multo maiore numero afferam: Florus dixit II 14, 4 *aliter salvus esse non potuit, nisi confugisset ad servitutem,* Seneca de benef. V 16, 4 simillime *eo redegit populum Romanum* (Pompeius) *ut salvus esse non posset nisi beneficio servitutis*[1]); II 14, 7 verba *imperium Romanum iam ad Caesarem transferente fortuna* apte comparantur cum Annaeanis epist. mor. V 11, 11 *illi -- ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transtulit, C. Marius et Cn. Pompeius et Caesar;* apud eundem de brevit. vit. 4, 6 dicuntur *nobiles iuvenes adulterio velut sacramento adacti,* Florus II 30, 24 haece habet: (Germani) *viginti centurionibus in crucem actis hoc velut sacramento sumpserant bellum;* Seneca consol. ad Marc. 22, 1 dixit *neque ulla pars vitae nostrae tam obnoxia aut tenera est quam quae maxime placet,* Florus II 15, 2 *eum intra octavum et decimum annum tenerum et obnoxium ----- iuvenem videret*[2]). porro sententiae vel sententiose dicta quae haud pauca Florus habet velut illa II 8, 1 (servi) *etsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum hominum genus sunt et in bona libertatis nostrae adoptantur* (cf. Seneca epist. mor. IV 2, 11; de benef. III 18 sq.; nat. quaest. III praef. 16 sq.; alibi); I 2, 4 *ut acueret ratione virtutem* (cf. epist. mor.

1) tanta est horum locorum similitudo ut coniecturae Freinshemii apud Florum *populus Romanus* (· *pr* · apud Senecam habent libri Nazarianus et Reginensis, cf. supra p. LI adnot. 2) ante *aliter* inserentis multum probabilitatis accedat.

2) Graevius in adnotatione ad hunc locum alios attulit quibus Florus et Seneca verbo *obnoxius* singulari hac significatione usi sunt.

IX 5, 10); II 18, 8 (S. Pompeius), *quod miserrimum est fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore moriturus* (cf. de benef. V 2, 4); ibid. 7 *magnae indolis signum est sperare semper* (cf. epist. mor. XVIII 1, 12); II 11, 4 *ne volnera curatione ipsa rescinderentur* (cf. ad Marc. 1, 8); I 9, 2 *plus esse in imperio quam in victoria* (cf. epist. mor. XIX 4, 30); I 18, 22 *virtutis --- fere magnitudo calamitatibus adprobatur* (cf. de benef. III 18, 2; epist. mor. IX 5, 19) cum nullo alio scriptore aptius quam cum Seneca comparantur. quod autem omnia haec exempla a filio non a patre petita sunt non multum interest, quia eorum dicendi genus admodum simile esse constat et patris historias a filio editore multa traxisse necesse est.

Accedunt etiam graviora argumenta. iam ea re quod Florus narrationem non ad sua usque tempora deduxit, sed pace ab Augusto cum Parthis facta et Iano ab eo clauso terminavit, magis vero etiam quod Pompeios et Herculaneum, oppida sua aetate dudum obruta, quasi stantia ac salva memorat (I 11, 6) et aquilas duas Variani exercitus, quas iam Germanicus receperat, etiam tum a barbaris teneri tradit, historicum quendam vetustiorem ab eo expressum esse probatur. quem quominus Livium putemus iam haud pauca illa obstant in quibus, ut periochae docent, a Floro discedebat. deinde Livium Pompeio contra Caesarem favisse et rei publicae condicione ab Augusto constituta non omnino contentum fuisse nemo nescit, Florus vero summis hunc laudibus effert et iam ante obitum consecrat (II 34, 66). similiter autem Senecam patrem de eo iudicasse et inde conicere licet quod ei usque ad Tiberii mortem in rerum Romanarum narratione progresso huius crudelitatem cum Augusti moderatione contendere licebat et quia filius, qui quas ediderat patris historias pernoverat et haud pauca ex iis libris suis philosophiae inseruisse videtur[1]), multus est

1) v. 'De Senecae recens. et emendat.' p. 171 sq. et Seneca nat. quaest. I 16, 1.

in illius laudibus (de clem. I 9 sq.; de ira III 23, 4 sq.; 40, 2 sq; de benef. III 27; alibi). probabilius igitur est anachronismos illos Flori ex Senecae patris opere historico originem ducere quam ex ullo alio. porro miro modo Flori descriptionem belli civilis Pompeiani cum Lucani, Senecae rhetoris nepotis, Pharsalia[1]) concinere dudum observatum est ab utriusque scriptoris editoribus. cum autem l. c. p. 168 sq. locos gravissimos ita ob oculos posuerim ut facili negotio inter se comparari possint, hic dixisse sufficiat Flori verba quae legantur II 13, 4; 8; 14; 20; 30; 32; 35; 46; 56; 60; 65 cum Lucani versibus I 1; 133; 125; 109; II 708 et 725; IV 402; 448 et 496; VI 3; VII 470; X 105; VIII 474; 273 tam arta cognatione coniuncta esse ut casu aut eodem quod uterque tractaverit argumento hoc factum esse haudquaquam liceat contendere. qui consensus quamquam a plurimis ita explicatur ut Florus Lucano usus esse dicatur, tamen utriusque verbis accuratius consideratis eo modo ortus esse intellegitur ut eundem ambo auctorem secuti sint. prooemio enim Lucani nihil contineri nisi exaggerationem et verbosam repetitionem coloris *bella plus quam civilia* iam Fronto p. 157 N. observavit, cum Florus II 13, 4 apta gradatione a *civili bello* ad *sociale,* dein ad *externum* et *commune ex omnibus,* denique ad *plus quam bellum* ascendat. similes sunt reliqui loci quibus historicus simplicia et magis propria verba *superiorem, debitum, aciem, forma, oppressae vires* habet a poeta ob metrum vel alias ob causas in *priorem, suum, bellum, vultus, subvertit opes* mutata. atque adeo in narratione strategematis Cilicum sociorum Pompeii id quod apud Florum est *nova* (· i · inaudita et mira) *arte*

1) *Pharsaliam* etiam nunc Lucani carmen appello, quamquam is qui ante hos tres annos illud edidit inscriptionem *de bello civili* ex codicibus restituit. constat enim Lucani ipsius (IX 985) et Statii (silv. II 7, 66) testimoniis etiam alterum nomen illi imponi solitum esse. cf. quae dixi in ephemeride 'Deutsche Litteraturzeitung' XIV (1893) p. 717.

de industria Lucanus in *antiqua arte* correxisse sibi visus est, quia hoc insidiarum genere illi iam antea usi erant. maxime vero ad persuadendum appositum id est quod Caesaris illa ad gubernatorem trepidum, qualis apud Florum est (II 13, 37), brevis et efficax vox *quid times? Caesarem vehis* a Lucano (V 577 sq.) in tumidam et verbosam declamationem dilatatur. iam igitur cum communis fons Livius esse non potuerit, quia narrationem eius sat multa a Floro et Lucano aliter tradita habuisse constat[1]), proximum est ut ab hoc eodem modo quo avunculi naturales quaestiones expilavit[2]) etiam avi historias in usum vocatas esse putemus. poetam tamen saepius quam historicum ab auctoris verbis discessisse consentaneum est. ceterum non in civilium tantum bellorum descriptione Florus Senecae historias videtur secutus esse. veterem enim illum historicorum morem, ut initio operis res Romanas inde a primordiis urbis usque ad ea tempora a quibus ipsorum prolixior narratio incipiebat brevi conspectu ob oculos legentium ponerent, Senecam quoque servavisse eo probabilius est, quod totam historiam populi Romani in aetates distribuit. cum igitur eum accurate et diligenter relatis bellis civilibus epitomam externorum praemisisse verisimillimum sit, quidni Florum, quippe qui iam dispositionem operis suam fecisset, hanc quoque expilasse censeamus? cave tamen credideris eum fonti huic primario servilem in modum sese addixisse. hoc enim et a natura Flori alienum erat, quem eleganter et facete scribere potuisse imprimis fragmentum dialogi *de Vergilio oratore an poeta* docet, neque quae alii dixerant ad verbum suum in usum

---

1) G. Baierus in dissertatione Vratislaviensi anni 1874 'De Livio Lucani in carmine de bello civili auctore' ab iis stat qui Lucanum unicum Livii auctorem putant, sed p. 41 sq. illa affert quibus inter se dissentiunt.

2) hoc demonstravit H. Dielsius in 'Abhandlungen der Akad. der Wissensch. zu Berlin' anni 1885 class. philos.-hist. III p. 1 sq.

transtulisse comparatione fragmenti Annaeani apud Lactantium cum ipsius praefatione ostenditur. quare non est dubitandum quin nonnulla mutaverit, alia omiserit, alia denique de suo aut aliunde adiecerit. praeter Senecam autem alicubi ab eo Livium adhibitum esse iam propter clarum eius nomen probabile est, etsi multis locis diversa ab eo tradi constat[1]). ceterum ubi inter se consentiunt probabilius puto id ita effectum esse ut iam Seneca Livio usus sit quam ut Florus hunc ipsum aut epitomam eius periochis hodie superstitibus pleniorem in usum vocaverit[2]). deinde in capitibus de bello Iugurthino et de coniuratione Catilinae quaedam inesse constat quae ex Sallustii libris per totam antiquitatem multum lectitatis et imitando expressis originem ducant[3]). in bello autem Caesaris Gallico et in bello civili Pompeiano aperta vestigia commentariorum Caesaris insunt. forsitan alios quoque fontes in librum suum derivaverit, quos hodie indagare non possumus, sed vix credibile videtur aliis eum auctoribus usum esse quam qui Hadriani aetate erant notissimi. hoc vero certum est ex ea quam A. Egenus dissertatione Monasteriensi anni MDCCCLXXXII inscripta 'de Floro historico elocutionis Taciteae imitatore' demonstravit orationis amborum scriptorum similitudine non effici quod hic voluit (p. 49) ut Tacitus a Floro adhibitus sit. eadem enim elocutio-

T. Livius

Sallustius

Caesaris commentarii

---

1) v. supra p. XLVII. multa quibus Florus a Livio discrepat C. H. Heynius in commentatione quae inscribitur 'de Floro historico' (Bonnae 1866) p. 37 sq. enumeravit, sed nequaquam omnia.

2) E. Klebsius ('Festschrift für L. Friedlaender' p. 231) dicit: 'Florus gar hat seinen Abriss im wesentlichen einem einzigen lateinischen Werke, einem Auszug aus den Annalen des Livius, entnommen'.

3) v. supra p. XXIII, C. Heyn 'de Floro historico' (Bonnae 1866) p. 49 sq. et A. de Gutschmid 'Kleine Schriften' III p. 504. etiam historiis Sallustii Florum usum esse probare studet B. Maurenbrecher in editione reliquiarum historiarum eius I p. 65 et alibi.

nis similitudo inter omnes fere argenteae Latinitatis scriptores intercedit et maior etiam est inter Senecas et Florum. Tacitum autem ipsum plurima imprimis cum Seneca filio communia habere comprobavit M. Zimmermannus diligenti commentatione 'de Tacito Senecae philosophi imitatore' scripta ('Breslauer philol. Abhandlungen' V 1).

Pauca de hac editione dicenda restant. atque de libris quidem manu scriptis et quas et quomodo eorum lectiones in apparatum criticum receperim supra exposui. hic tamen addendum est ubi librorum B(I)NL diversae scripturae non afferantur eos cum lectionibus in textu positis congruere scripturasque in adnotatione sine ullo signo positas tribus illis codicibus primariis aliisque haud paucis communes esse. quod ad orthographiam attinet eam mihi legem scripsi ut vetustissimorum librorum BN vestigiis ubi possem insisterem, cum recentiores quaecunque illi singularia praebent fere oblitteraverint. qua in re N frequenter meliora habet quam B, quippe qui *uo* quod N in *Volcanus, volgo, volnus, voltus, parvolis,* alibi servavit plerumque in *uu* mutet, aspirationem velut in *Hannibal, Hanno, Hasdrubal,* quae Iahnius Halmiusque immerito improbaverunt, neglegat, pro litteris geminatis ut in *Mazzares, Donnes* singulas ponat aliaque similia vitia committat. contra formas Graecas iniuria ab editoribus alicubi spretas modo B servavit modo N. itaque p. 76, 20 BL *Elidos* habent N *Elidis*, p. 140, 1 et 147, 9 *Aegypton* N[1]) solus *Aegyptum* BL, p. 101, 21 *Olympon* orthographia

1) Graecam huius nominis formam Hadriani temporibus invaluisse nummus ab eo cusus docet, ubi deae sedenti canistro innixae sistrum tenenti adstante ibide *Aegyptos* adscriptum legitur (Millin, 'galérie mythologique' tab. LXXXVII fig. 376 et H. Cohen, 'monnaies de l'empire romain²' II p. 114 nr. 110). ex allocutione Hadriani ad milites in castris Lambaesitanis reperta (C. I. L. VIII 2532) hae formae confirmant scripturas codicum Florianorum aut alias ob causas mentione dignae sunt: *aput me, ex centuris, si quit, exstrucxistis, com-*

C *Olympum* B, 153, 13 *Pharos* B *Pharus* C, 101, 21 *Phaselin* C *Phaselim* B, 174, 16 *Albin* B *Albium* N. neque dubitavi *astudam* (B) vel *astundam* (C) in *Ascurida* (B) corrigere, *Leucadam* (B) in *Leucada*, *Thrasymennus* et *Sylla*, quibus nominibus Florus nescio quid Graecum inesse putabat, ex codicibus recipere atque adeo eorundem vestigia secutus *Eleythernan*, quamvis Iahnius oblocutus sit (p. XXXI), et in indice *anakeφalaeosis* scribere. adstipulantur enim cum similes formae apud alios scriptores velut apud Senecam Thyest. 872 *Cynosoyra* et epist. mor. XII 1, 14 *Thraiciae* servatae[1]), tum id quod iam constat inde a Varronis temporibus et aucta sermonis Graeci peritia sensim auctam etiam esse apud scriptores Romanos in nominibus Graecis scribendis diligentiam, donec Fronto aliique ad vetustam rationem ea ad leges linguae suae immutandi redirent. erat cum hac in re eum a quo recensio Nazariana profecta est longius processisse crederem, sed fieri potest ut nomina *Isauronque* (p. 101, 21) et *Syrenas* (p. 111, 21 pro *Surenas*) in C solo servata ab ipso Floro originem ducant. similiter aliis in rebus velut in praepositionum cum verbis coniunctarum assimilatione, in nominum propriorum diversis formis, in i longae (*í*) positione similibusque in minutiis quantum licuit optimorum librorum vestigia pressi. nam constat veteres longe abfuisse ab ea quam plurimi editores instituerunt aequabilitate neque video cur non, cum simillima in titulis accuratissime incisis ut monumento Ancyrano commentariis de ludis saecularibus Claudii oratione Lugudunensi eiusdemque decreto de Anaunis reperiantur, in codicibus traditas formas *redît petît regîs Corinthî*, alibi *conlega conligere* alibi *collega colligere*, alibi *Teutoni* alibi *Teutonas*, *Dalmatiam* et *Delmatae*, etiam notas ut

---

pareant, convertuit, comparum ex laudatione Matidiae ('Abhandl. d. Akademie d. Wiss. zu Berlin' 1863, p. 485): *optumae, atti[net], uti nihil umquam.*

1) 'De Senecae recens. et emendat.' p. 127 sq. idem Seneca Troad. 517 *Cephallanum* habet, Florus p. 67, 19 *Cephallaniam*.

populus (*p.*) *R. res p.* in exemplaria non tironum usui destinata recipere liceat. quod si frequentius editores fecissent neque scriptorum verba ad Brambachii aliorumve leges adaptassent codicumque varias lectiones orthographicas graviores ne in adnotatione quidem memorassent, iam certius iudicari posset de optimorum et vetustissimorum librorum orthographia et de linguae Latinae per saecula scriptae vicissitudinibus. nam etiam nunc valent et verissima sunt quae C. L. Rothius ante hos quadraginta annos scripsit in praefatione editionis Suetonii (p. XXXVI): *admodum pauca in his rebus scimus et plura discendi facultas tamdiu adempta erit, quamdiu consequentes esse, ut hodierno verbo utar, id est opiniones et praeiudicia sequi quam vetustatem explorare malemus.*

Non fugit O. Iahnium[1]), cum subitaria paucorum mensium opera Florum recensuisset, aliquantum ad perfectionem editionis suae desiderari, quod res ab hoc traditas non satis accurate cum iis quae alii scriptores narraverunt comparavit. quod cum ego fecissem, primum in animo erat omnes eorum locos quicunque easdem res vel prolixa narratione memoriae prodiderunt vel in transcursu tantum attigerunt adscribere, sed mox abieci consilium quamvis ab amicis ut exsequerer admonitus, quia redemptoris honestissimi rationibus repugnare videbam et periculum erat ne innumeris illis locis allatis adnotatio in nimiam molem succresceret. ubicumque tamen scriptores eadem narrantes aliquid ad crisin Florianam conferre intellexi, eorum verba memoravi, unde haud raro (v. p. 8, 13; 16; 32, 19; 55, 18; 65, 21; 70, 5; 13; 100, 5; 106, 8; 109, 9; 175, 15; alibi[2]) nonnihil emo-

---

1) praef. p. XXXIV.

2) locum illum de *grandi* Iudaeorum *arcano* a Pompeio in templo Hierosolymitano conspecto (p. 100, 13) num recte ita interpretatus sim ut Florus *sub aurea vite Caelum* dei Caeli statuam sub aurea vite, ut monumenta Babylonica daemonas quosdam repraesentant, positam intellegi voluerit, viderint alii. hoc saltem constat Flori verba ut in codicibus le-

lumenti ad Florum redundavit. praeterea indicem novum et prioribus, ni fallor, accuratiorem non nominum tantum sed rerum quoque mentione dignarum contexui, unde historici imprimis, a quorum multis Florum magis quam par erat neglegi videram, res ab aliis non traditas petere possint.

Superest gratissimum et, dum variis moris impeditus multo tardius quam speraveram ad finem pervenio, exoptatissimum officium ut omnibus iis viris qui in hac editione adornanda opera et consilio mihi adfuerunt quas debeo gratias palam et ex animo profitear. plurimum autem bibliothecarum praefectis debeo qui aut in ipsis bibliothecis subministratis codicibus aut summa liberalitate iterum atque iterum transmissis effecerunt ut quomodo Flori verba tradita essent tandem aliquando constaret, nec minus aliis hominibus doctissimis qui haud raro me dubitantem benigne edocuerunt et quorum nomina suis locis memorata invenies.

scribebam Regimonti Prussorum mense
decembri anni MDCCCLXXXXV.

---

guntur cum Iuvenalis (6, 545; 14, 97) et Petronii (fr. 37, 2 Buech.) versibus bene convenire, non item cum Le Moynii Iahniique coniecturis Diodori XXXIV 1, 3 aliorumque locis innixis. Graecorum scriptorum verba ex quibus et ipsis elucet creditum esse *Οὐρανόν* a Iudaeis coli allata invenies in doctrinae plenissimo L. Friedlaenderi ad Iuvenalem 6, 545 commentario. in vicem Iuvenalis versus qui praecedit et quem eius interpretes se intellegere negant lucem accipit a Floro, cum illius *arborem* eandem atque *auream vitem* esse pateat. — alios locos quibus Florus de rebus maximam partem ab eo solo memoratis alia iam tradit vel tradidisse videtur atque in prioribus editionibus invenies p. 32, 6; 57, 20; 92, 5; 169, 13; 175, 11; 15; alibi.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Dum hic liber Vratislaviae coeptus Kiliae prope ad finem perductus Regimonti absolutus per varias moras, quarum causae extra me positae erant, typis exprimitur, evenit ut non eadem omnes plagulas animi intentione relegerem et pauca quaedam vitia me fugerent. alia vero dudum emendata postea nescio quo postliminii iure in Flori orationem et in adnotationes denuo irrepserunt. gratius legentibus fore confido quod, cum iam epitomae verba typis expressa essent, Guilelmus Heraeus Offenbacensis ad Moenum plurimas de singulis scripturis observationes utilissimas humanissime mecum communicavit; nec deerant loci de quibus egomet ipse, cum dies diem edocuisset, aliter quam ante sentirem. itaque satis largam quae subnata est addendorum et corrigendorum segetem hic proponam:

p. 11, 3 H(eraeus) legendum proponit: *absolvit virtus parricidam.*

p. 13 adnot. 20 dele: ocricolum *I* | .

p. 23, 15 H. praefert id quod C habet: *tum igitur aut numquam alias* collatis Petron. 44 et Horat. ep. I 17, 39.

p. 27 adnot. 6 lege: *Schwartzius.* p. 30, 9 dele: *28, 7.*

p. 30, 2 H. corrigit: *turpitudinem foederis redimunt* et comparari iubet Frontin. strat. IV 1, 21; Valer. Max. IV 5, 2; Vell. II 87, 1; Plin. pan. 28, 2.

p. 32 adnot. 14 lege: eamigrecam *in* qui.

p. 33, 10 ad *unius* H. affert Veget. r. m. III 24, 4.

p. 41, 15 dirimas sic: luc-tatus.

p. 42, 1 H. quoque *obvias* (C) praefert allatis Valer. Max. I 7 ext. 1; Valer. Flacc. III 583; Catull. 64, 109.

p. 47 adnot. 5 'ponit' litteris cursivis imprimendum erat.

p. 48, 9 *excidendis* defendit H. conferens res gest. d. Aug. 1, 15 et quae ipse exposuit in 'Spicilegio in Valerio Maximo' inserto annali philol. suppl. XIX p. 622.

p. 49, 2 *quam si cote* defendit H. et confert eiusdem commentationis p. 629.

p. 50, 4 *mox quam* scriptum fuisse coniecit H., quod apud exeuntis Latinitatis scriptores interdum pro *simulac* poneretur (schol. Iuven. 10, 283 et Pauckerus 'Vorarbeiten zur latein. Sprachgesch.' III p. 40).

p. 55, 3 verba *Maharbalem Bomilcaris* H. insiticia putat.

p. 57, 1 legendum proponit H.: *receperunt de servitute Romanos.*

p. 58, 5 *vim* in solo B additum H. Sallustii hist. fragmento II 5 tueri conatur.

p. 61 adnot. 18 post 'maximi' adde *L.*

p. 65 adnot. 11 numerum '11' transpone ante 'fuisset imperator'.

p. 68, 15 Iahnii mutationem *at certe* H. quoque improbat.

p. 69 adnot. 8 ante *H. Muellerus* insere *Freinshemius et*.

p. 71, 12 *templum* quod et ipsum in L legitur praefert H.

ibid. adnot. 10 lege: epistolae notaret:

p. 72, adnot. vs. penult. post verba 'ex similitudine' adde 'philippi'.

p. 73, 6 scripturam *invictusque a veris regibus ab illo imaginario* H. quoque comprobat.

p. 76, 5 *vel* H. etiam alteri scripturae *de* praefert.

ibid. 20 lege: Elidos.

p. 77, 1 *adoriam Mummius invenit* H. scribendum esse conicit.

ibid. 10 libri B scripturam *syiniuria* ex *sy*^{iniu}*ria* H. ortam esse putat et *pyra* legendum proponit.

p. 78, 11 *contagio mali serpens* H. conferens Liv. XXXIV 22, 13; Cic. de off. II 80.

p. 79, 6 lege: docuerunt.

p. 80, 4 lege: vati-cinanti.

p. 81, 7 H. *vero* Weissenbornii adnotatione ad Liv. X 23, 5 defendit.

p. 87, 9 *peritus* H. quoque sanum esse putat.

p. 88, 2 *adsuluit* H. legi vult.

p. 89, 13 nescio an *testis* retineri possit.

p. 91, 5 *necessitate aucta virtus* (vg.) H. commendat.

ibid. 17 *provoluti ruinae modo* H. scribit.

p. 92, 5 *quamquam ut in barbaris* legendum esse H. conicit.

p. 96, 12 Salmasii inventum *quo omnes* H. commendat.

ibid. 24 legas: sex aut amplius.

p. 100, 6 *et* ante *obsides* etiam H. restituit, sed ita ut 'etiam' vel 'insuper' significare putet.

p. 102, 1 *cognomen adoptavit* H.

p. 105, 2 verbum *insulae* Freinshemio et H. suspectum videtur, at cf. vs. 18 et 103, 21. ibidem H. etiam *rabie* interpolatum credit et comparat 161, 16.

p. 106, 11 *sedes petitum* (vg.) H. praefert.

p. 107, 18 *quae, di, Ariovisti regis superbia* H. scribit collatis locis 61, 11; 91, 2.

p. 110, 8 lege: Arvernorum.

p. 114 adnot. 18 ante *omnes* insere *N*.

p. 118 adnot. 9 ante *acmine* pone hanc lineolam | .

ibid. adnot. 17 lege: eorumque *C*.

p. 122, 9 *nec ideo minus* — — — *desierunt* H. quoque intacta relinquit conferens annal. philol. 1891 p. 507, Sueton. Ner. 42, Valer. Max. II 1, 7.

p. 124 adnot. 12 ante *136, 6* excidit *129, 17*;
p. 127, 2 *veniret* H.
ibid. 15 *servisque ad pilleum vocatis* H.
ibid. 17 H. dubitat utrum scribendum sit: *prima velut arx belli iis mons* (cf. Liv. VII 11, 7) an *hara* in *ara* lateat.
p. 130, 18 *belli* post *iure* H. adicit.
p. 133, 16 lege: ritu fera-rum.
p. 136 adnot. 15 ante *dd.* intercidit *a.*
p. 138, 3 *et isset* (vg.) vel *issetque* H. qui 97, 6; 109, 5 confert.
p. 149, 3 *ut sic dixerim, momentaneo proelio* H.
p. 149 adnot. 21 ante 'et' adde: esse *B: corr. Seebodius.*
p. 150, 21 *quasi nusquam esset dimicatum* H. allato Vergilii versu Aen. II 438 commendat.
p. 151, 13 *obsidiones* (C) praefert H. et comparat 135, 8.
p. 152, 11 Florus forsitan scripserit: *vellet, quom cohortes — — — — — praebuerunt.*
ibid. adnot. 2 ante 'illum' insere: 'quo usque *om. C* | '. H. scribit: *quo usque illud?*
p. 153, 5 *avia petentem* H. quoque probat conferens Tac. Agr. 37, ann. XV 11. — vs. 12 an⟨*arte*⟩ *ardens*? cf. Lucret IV 792, Aetna 595.
p. 154, 2 *suum in principem* H.
ibid. 10 etiam H. emendationem Halmii comprobat et tuetur locis Suet. Caes. 80; Liv. XXII 54, 11; Sen. de ira II 14, 4; III 11, 3. sed pro *diutius* fortasse *diu* scribendum est.
p. 158, 5 *rei* H. quoque recipit conferens 74, 18; Cic. pro Rosc. Am. 33.
ibid. 13 *id quoque, ne si inulta* H.
p. 160, 7 post 'metus' intercidit 'et'.
p. 161, 7 *abolitione* et *pientissimarumque* commendat H.
p. 162, 13 *importuna fame(s)* H. comparans 130, 7 et Horat. epist. I 18, 23.
ibid. 16 *itaque hinc illinc ad arma* H. qui confert 145, 19.
p. 167, 3 *ad latus* H. quoque probat.
p. 174, 18 H. dubitat utrum *direxit* ex *erexit* ortum sit an idem significet ac *disponens erexit.*
ibid. adnot. 16 post '*L* | 'inseras: persurgin *B.*
p. 175, 12 occasione oblata tacere nolo genetivum *barbarum*, quo paulo infra (176, 4) iterum Florus usus est, etiam apud Senecam de clem. I 26, 5 ex NR restituendum esse. editores ad unum omnes hic quoque *barbarorum* posuerunt. de eadem forma a Cicerone Nepote Tacito usurpata v. Woelfflinus 'Philologi' XXV (1867) p. 133 et 'Archiv f. lat. Lexikogr.' IV (1887) p. 2 sq.
p. 177, 9 etiam H. codicis B scripturam improbat.

ibid. 13 verba *artaxer ser par this* (B) in *Arsaces Parthis* mutanda erant. nam Rufus 19, 3 habet: *quem Parthis Arsaces praeposuerat.* invicem apud hunc in eadem paragrapho *recreatus* quod intercidit ante *regressus* ex Flori verbis (p. 178, 1) restituendum videtur.

ibid. adnot. vs. ult. 'caesar' corrige in '-sar'.

178 adnot. 1 scribe: ut *om. C* (non *L*).

181, 5 *nitentes* (B) vel [*ut*] *latentes* H.

186 adnot. vs. antepenult. numerum '17' corrige in '22'.

praef. p. X vs. 16 adde haec: memorabile exemplum libri recentissimi iniuria neglecti C(hisianus H VIII 261) est saeculi XV. cum enim Const. Ritterus (praef. p. XI editionis declamationum Quintiliani) non nimis neglegenter sibi facere visus esset, quod eum integrum excutere noluisset, ecce ex eodem iam prodeunt Calpurnii declamationum partes ineditae ac ne cognato quidem codice Monacensi 309 traditae (O. Schwab 'Archiv für Lexikographie' IX [1896] p. 547 sq.). eodem libro C aliquot Aerodii Latinii Obrechti Pithoei Ritteri Rohdii emendationes declamationum Quintiliani comprobatas vidi: p. 51, 10 (*comittantur* C); 83, 25; 115, 19; 121, 13 (*nec ad praesens* C); 124, 15; 170, 1; 200, 27; 243, 10; 248, 5; 258, 1 (*medicum amicum* C, cf. 259, 1; 2); 271, 6; 282, 9; 288, 18; 324, 5. praeterea p. 33, 2 scripserim ⟨*argutioribus*⟩ *argumentis*; 124, 5 *quo* (*quoniam* C) *magis mihi*; 189, 10 *ut ancillam*; 302, 29 [*quod lex morte dignum putavit*].

INDEX LOCORVM

NOTARVM CONSPECTVS

B	Bambergensis E III 22
N	Palatinus 894
L	Vossianus 14
I	Iordanes
A	consensus Bambergensis et Iordanis
C	consensus Palatini et Vossiani

scripturae nota non insignitae testium primariorum consensum indicant

Palat.	Palatinus 1568
Harl.	Harleianus 2620
Monac.	Monacensis 6392
Paris. 5802	Parisinus 5802
Paris. 7701	Parisinus 7701
Voss.	Vossianus 77
Rehd.	Rehdigeranus R 78
Cracov.	Cracoviensis universitatis 416
vg.	editio ex aedibus Aldi et Andreae soceri anno 1521 emissa
*	unam litteram erasam indicat
|	finem versus codicis indicat.

L·ANNAEI FLORI

EPITOMAE

DE TITO LIVIO

BELLORVM OMNIVM ANNORVM DCC

LIBRI II

1 EPITHOMA IULI FLORI DE TITO LIUIO · BELLORVM OMNIUM · ANNORVM SEPTINGENTORUM · LIBRI · N · DUO . FELICITER *minio et atramento post capitum indicem B* · L · ANNEI · FLORI · EPITOMA DE TITO LIUIO · INCIPIT LIBER PRIMUS · LEGE FELICITER *N* INCJPIT LIBER PRIMUS EPITOMARUM ANNEI FLORI · DETITOLIUIO *minio L, vix genuina inscriptio, v. praefat. et H. Muellerus annal. philol. CIII (1871) p. 568*

Haec insvnt libro primo.

1 *capitum indicem, qui aeque ac singulorum capitum inscriptiones Flori non est, om. C* | Capita libri I. *Iahnius* || 3 Anakeφaleosis *B* || 6 Bellum] B. *B et deinceps praeter vs. 20* || 7 phaliscis. *B* | fidenatis. *B* || 12 samniticum ※ *B* || 15 picense. *B* || 16 salentinum. *B* || 17 uulsinense. *B* || 20 lyguricum. *B*

XXIIII. Bellum Syriacum regis Antiochi.
XXV. Bellum Aetolum.
XXVI. Bellum Histricum.
XXVII. Bellum Gallograecum.
XXVIII. Bellum Macedonicum II.
XXVIIII. Bellum Illyricum II.
XXX. Bellum Macedonicum III.
XXXI. Bellum Punicum tertium.
XXXII. Bellum Numantinum.
XXXIII. Bellum Asiaticum.
XXXIIII. Bellum Iugurthinum.
XXXV. Bellum Allobrogum.
XXXVI. Bellum Cimbricum Teutonicum Tigurinum.
XXXVII. Bellum Thracicum.
XXXVIII. Bellum Mithridaticum.
XXXVIIII. Bellum piraticum.
XL. Bellum Creticum.
XLI. Bellum Balearicum.
XLII. Expeditio in Cyprum.
XLIII. Bellum Gallicum.
XLIIII. Bellum Parthicum.
XLV. Anakeφalaeosis.

4 gallo grecum. *B* ‖ 8 *post* tertium *om. scriba vel is qui indicem confecit* Bellum Achaicum *B* ‖ 10 asyaticum. *B* ‖ 13 cymbricum *B* ‖ 14 trachicum. *B* ‖ 15 mytridaticum. *B* ‖ 16 pyraticum. *B* ‖ 19 incypř *B* ‖ 22 Anakeφaleosis *B* ‖ *subscriptum*: EXPEXPLCIUNT (*tres primae litterae deletae et* NT *ligatura iunctae*) KAP LBRI PRIMI · IUL · FLORI *B*

I. A ROMVLO TEMPORA REGVM SEPTEM.

Populus Romanus a rege Romulo in Caesarem Augustum
septingentos per annos tantum operum pace belloque ges-
sit, ut, siquis magnitudinem imperii cum annis conferat,
aetatem ultra putet. ita late per orbem terrarum arma 2
circumtulit, ut qui res illius legunt non unius populi, sed
generis humani facta condiscant. tot in laboribus peri-
culisque iactatus est, ut ad constituendum eius imperium
contendisse Virtus et Fortuna videantur. quare cum si- 3
quid aliud hoc quoque operae pretium sit cognoscere,
tamen quia ipsa sibi obstat magnitudo rerumque diversitas
aciem intentionis abrumpit, faciam quod solent qui ter-
rarum situs pingunt: in brevi quasi tabella totam eius
imaginem amplectar, non nihil, ut spero, ad admirationem
principis populi conlaturus, si pariter atque insemel uni-
versam magnitudinem eius ostendero.

Siquis ergo populum R. quasi unum hominem con- 4
sideret totamque eius aetatem percenseat, ut coeperit, ut-
que adoleverit, ut quasì ad quandam iuventae frugem
pervenerit, ut postea velut consenuerit, quattuor gradus

1 A ROMULO — SEPTEM. *om.* *C* ‖ 2 incaesa · rem *L* | · DCC · *L* ‖ 5 ita enim late *L* *Monac.* ita enim ubique *Paris. 5802* | 6 eius legunt *C* ‖ 7 fata *Paris. 7701* *Voss.* *Bern.* *Harl.* | facta discant *C* | quod (quot N^2) in laboribus *N* Nam tot laboribus *L* *Paris. 5802* *Monac.* ‖ 9 uiderentur *N* uideretur *L* | si præcipuæ hoc quoque *C* ‖ 12 soḷent (n *supra versum*) *N* ‖ 13 tabella (*virgula quae* m *significat supra posteriorem* a *erasa*) *B* | tabellatam eius *L* ‖ 14 inmaginem *B* | ammirationem *L* ‖ 15 collaturus *L* | adque *B* | insemet *C* ‖ 17 unum *om.* *C* ‖ 18 eius *om.* *L* ‖ 19 quendam *C* ‖ iuuentutis *L* | florem *C* ‖ 20 quattuor gradibus romae aetas *ceteris omissis* *B*, *v. quae dixi De Senecae*

5 processusque eius inveniet. prima aetas sub regibus fuit
prope per annos quadringentos, quibus circum urbem
ipsam cum finitimis luctatus est. haec erit eius infantia.
6 sequens a Bruto Collatinoque consulibus in Appium Clau-
dium Quintum Fulvium consules centum quinquaginta annos
patet, quibus Italiam subegit. hoc fuit tempus viris armis
7 incitatissimum, ideoque quis adulescentiam dixerit. dein-
ceps ad Caesarem Augustum centum et quinquaginta anni,
quibus totum orbem pacavit. hic iam ipsa iuventas imperii
8 et quaedam quasi robusta maturitas. a Caesare Augusto in
saeculum nostrum haut multo minus anni ducenti, quibus
inertia Caesarum quasi consenuit atque decoxit, nisi quod
sub Traiano principe movit lacertos et praeter spem om-
nium senectus imperii quasi reddita iuventute revirescit.
1 Primus ille et urbis et imperii conditor Romulus fuit,
2 Marte genitus et Rhea Silvia. hoc de se sacerdos gravida
confessa est, nec mox fama dubitavit, cum Amulli regis
imperio iactatus in profluentem cum Remo fratre non

I recensione et emendatione p. 164, e quattuor gradibus prima aetas *Nipperdeius*, aetas distincta videbitur. prima aetas *Halmius* ‖ 2 prope · cccc· perannos *N* prope · cccc · (tis; i *in* o *mut. m. ead.*) per annos *L* prope ducentos quinquaginta per annos *vg.*, *de hoc et proximis numeris v. Halmii edit. p. IV* | circum · ipsam · cum ipsam · cum finitimis (*om.* urbem) *N* circum ipsam · cum ipsa · cum finitimis *L* circum ipsam matrem cum finitimis *Voss.* circum ipsam matrem suam cum finitimis *Paris. 5802* circum ipsam urbem, circum matrem cum finitimis *Beckius* ‖ 4 sequens obruto *B* | cō latino que *N* colatinoque *L* ‖ 5 consules · centum quinquaginta annis *B* cōss · cL · annos *N* consules ∻ Cl. annos *L* consules ducentos quinquaginta annos *vg.* ‖ 6 uiris (lib. *supra* ris *m. 2*) *N* | incitatissimmum|um (*prius* mum *erasum*) *B* ‖ 7 ideo quis *C* | adolescentiam *L* ‖ 8 · cL · *C* ducenti *vg.* ‖ 9 ipsa *om. L* | iuuentus *B* ‖ 10 quaedam *om. B*, *at v. I 3, 1; 7; 8; 18, 3; 23, 1; II 13, 3* | maturitas (aturit *in ras.*) *B* ‖ 11 haud *B*² aut *L* | anni · cc · *C* ‖ 12 adque *B* ‖ 14 senectute *in* iuuentute *corr. B* iuventate *Sauppius* | reuiruit *B* ‖ 15 *inc. I* | et *ante* ille *expunxit L* ‖ 16 hrea *C* rea *I* ‖ 17 confessus *in* confessa *corr. B* | amullii *I* amuli *N* amulii *N*²*L v. C. I. L. IV 737, VIII 717, X 2045 alibi* | regis *om. C* ‖ 18 abiectus in *C nescio an vere* abiectos in *I cf. Quint. III 7, 5; de vir. illustr. 1, 2; Arnob. IV 3*

potuit extingui. siquidem et Tiberinus amnem repressit, 3
et relictis catulis lupa sequuta vagitum ubera admovit
infantibus matremque egit. sic repertos aput arborem
Faustulus regii gregis pastor tulit in casam atque edu-
cavit. Alba tum erat Latio caput, Iuli opus; nam Lavi- 4
nium patris Aeneae contempserat. ab his Amullius iam
septima subole regnabat fratre pulso Numitore, cuius ex
filia Romulus. igitur statim prima iuventae face patruum 5
ab arce deturbat, avum reponit. ipse fluminis amator et
montium, aput quos erat educatus, moenia novae urbis
agitabat. gemini erant; uter auspicaretur et regeret ad- 6
hibere placuit deos. Remus montem Aventinum, hic Pa-
latinum occupat. prius ille sex vulturios, hic postea, sed
duodecim videt. sic victor augurio urbem excitat, plenus 7
spei bellatricem fore; id adsuetae sanguine et praeda aves
pollicebantur. ad tutelam novae urbis sufficere vallum 8
videbatur, cuius dum angustias Remus increpat saltu,
dubium an iussu fratris, occisus est: prima certe victima
fuit munitionemque urbis novae sanguine suo consecravit.
imaginem urbis magis quam urbem fecerat: incolae de-
erant. erat in proximo lucus; hunc asylum facit, et statim 9

I 2 et *ante* relictis *supra versum pos.* *B* | secuta *CI* | uber *A* | ammouit *I* ‖ 3 matremque secessit *N* matremque segessit *L* matrisque gessit officium *I* | apud *LI* ‖ 4 regii *om.* *C* ‖ 5 ablatum *I* | tunc *C* | iulii *I* | labinium *A* ‖ 6 contemserat *I* | amillius *in* amullius *mut.* *B* ‖ 7 sobole *L* | numitore *om.* *B* ‖ 8 iuuentutis *A* | facie *CI* | amulium romulus *ante* ab *add.* *C* ‖ 10 apud *LI* | moenia (*erasa ante* m *littera* a) *B* ‖ 11 adhibuere *C* ‖ 12 placuit *corr. ex* piacuit *B* piacula *C* | deos *om.* *C* ‖ 13 occupant *I* | Prior *C*, *ambigi potest de lectione* | uultures *CI*, *utra scriptura recipienda sit incertum* ‖ 14 uidit *LI* ‖ 15 id] itailli *N* Ita illi *L* | assuetae *LI* | haues *in* aues *mut.* B^2 ‖ 17 inridet *post* dum *add.* *N* irrideret *add.* *L* arridet *add.* *Monac. cf. de vir. illustr.* 1, 4 | idque *ante* increpat *add.* *C* | increpat . saltu transiluit . (transiliuit *I*) dubium *A* increpat saltu dubium *C*: *corr. Iahnius*, increpat, transiluit et, dubium · *Halmius* increpans ultro dubium *Freudenbergius mus. Rhen. XXII (1867) p. 28* ‖ 18 iussu (*prior* s *supra vers. m. ead.*) *L* | occissus *L* ‖ 20 Jncolae · quia · deerant *L* ‖ 21 locus *I* | asilum *L* | It statim *L*

mira vis hominum: Latini Tuscique pastores, quidam
etiam transmarini, Phryges qui sub Aenea, Arcades qui
sub Euandro duce influxerant. ita ex variis quasi ele-
mentis congregavit corpus unum, populumque R. ipse fecit
10 rex. erat unius aetatis populus virorum. itaque matri-
monia a finitimis petita quia non inpetrabantur, manu
capta sunt. simulatis quippe ludis equestribus virgines
quae ad spectaculum venerant praedae fuere. et haec
11 statim causa bellorum. pulsi fugatique Veientes. Caeni-
nensium captum ac dirutum est oppidum. spolia insuper
opima de rege Acrone Feretrio Iovi manibus suis rex
12 reportavit. Sabinis proditae portae per virginem Tar-
peiam. haec dolose pretium rei quae gerebant in sinistris
petiverat, dubium clipeos an armillas; illi ut et fidem
13 solverent et ulciscerentur, clipeis obruere. ita admissis
intra moenia hostibus atrox in ipso foro pugna, adeo ut
Romulus Iovem oraret, foedam suorum fugam sisteret;
14 hinc templum et Stator Iuppiter. tandem furentibus inter-
venere raptae laceris comis. sic pax facta cum Tatio
foedusque percussum, sequutaque res mira dictu, ut relic-

I 1 latini · tuscumque *L* ‖ 2 fryges *in* friges *radendo mut. N* fryges *I* friges *BL* | anea *B* aena *I* | archades *L* ‖ 3 enandro *in* euandro *mut. B*² ‖ 5 rex *Iordanis cod. Pollingensis Rehdig.*: Res *AC an* [res]? ‖ 6 a *om. B* | impetrabantur *CI* ‖ 7 ludis (is *in rasura 3 vel 4 litterarum*) *B* ludis (i *correcta ex* u) *N* ‖ 8 expectaculum *I* | preda *L* | et *om. I* | haec *om. L* ‖ 9 que *om. L habent AN* | ueientes (i *correcta ex* g) *N* uenientes *L* | cenimensium *in* ceninensium *radendo mut. L* ‖ 10 dirutum *C Orosius II 4, 7* direptum *A* | est *om. L Orosius* ‖ 11 agrone *A om. C, cf. ad vs. 12* | suis *om. I* ‖ 12 reportabit *B* | sauinis *I* | tarpeiam *om. C fortasse recte, v. I 1, 3; 34, 2* ‖ 13 non dolo (*posterior* o *m. ead. ex* ũ *B*) sed puella (*supra* a *virgula erasa est, quae* m *significat B*) *A* nec dolos sed puella *N* Nec dolo · sed puella *L: correxi, cf. de vir. ill. 2, 6* nomine . dolose (dolosae *Saup-pius*) puella *Iahnius* ‖ 14 petierant *N* petierat *LI* | clypeos *LI* | et ut (ut *del. m. ead.*) *B* et *om. L* ‖ 15 clypeis *LI* | ammissis *I* | 16 ad męnia *L, at v. Augustinus de civ. dei III 13* | foro *om. L* aditu *Voss. Paris. 5802* ‖ 17 oraret ut foedam *L* ‖ 18 hinc (n *supra versum m. ead.*) *B* hic *N* | seuientibus *C* funeribus *I* | 20 secutaque *NI* | misera *I*

tis sedibus suis novam in urbem hostes demigrarent et
cum generis suis avitas opes pro dote sociarent. auctis 15
brevi viribus hunc rex sapientissimus statum rei p.
inposuit: iuventus divisa per tribus in equis et in armis
ad subita belli excubaret, consilium rei p. penes senes
esset, qui ex auctoritate patres, ob aetatem senatus
vocabantur. his ita ordinatis repente, cum contionem 16
haberet ante urbem aput Caprae paludem, e conspectu
ablatus est. discerptum aliqui a senatu putant ob aspe- 17
rius ingenium; sed oborta tempestas solisque defectio
consecrationis speciem praebuere. cui mox Iulius Procu- 18
lus fidem fecit, visum a se Romulum adfirmans augustiore
forma quam fuisset; mandare praeterea ut se pro numine
acciperent; Quirinum in caelo vocari; placitum diis ut
gentium Roma poteretur.

Succedit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Sa- 2
binis agentem ultro petiverunt ob inclitam viri religionem.
ille sacra et caerimonias omnemque cultum deorum in- 2
mortalium docuit, ille pontifices augures Salios ceteraque
populi R. sacerdotia creavit, annum quoque in duodecim
menses, fastos dies nefastosque discripsit, ille ancilia 3
atque Palladium, secreta quaedam imperii pignora, Ianum-

I 1 nouem *in* nouam *corr. L* ‖ 2 auitas *B* ābitas B^2 habitas *L* ‖ 3 statim (*supra* i *m. 2 posuit* v) *B* ‖ 4 imposuit *C* | diuisa per tribus *om. L* | in *ante* armis *om. A* ‖ 5 ut ad subita *I* | bella *I* ‖ 7 uocabatur *A* | cum repente *C* ‖ 8 haberet (h *supra versum m. 2*) *B* | apud *LI* | paludes *I* | e *supra versum add. B* ‖ 9 albatus *B* | discerptum (p *supra versum m. ead.*) *N* ‖ 12 uisu *B* uisũ B^2 | affirmans *L* | augustiore (m *post* e *erasa*) *B* 13 acceperent *I* | in *om. L* | placitum desistat gentium *C* plac. deis stat ut *Beckius* ‖ 15 poteretur *in* potiretur *mut. B* poteretur (*supra priorem* e *m. 2* i *posuit*) *N* potiretur (*supra versum m. ead.*) ·regnum· *L* potiretur *I* ‖ 16 Successit *I* | nūma *B* | Que incuribus *L* | sab *ante* sabinis *erasit B* | sauinis *I* ‖ 17 inclytam *BL* ‖ 18 immortalium *C* ‖ 19 cęterosque *L* ‖ 20 per sacerdotia *C* sacerdotia *A*: *correxit Salmasius* | creavit *addidi ex Livio I 20, 1 et Lactantio inst. div. I 22, 4* | annumque *A* ‖ 21 festos *I* | discripsit (cr *in rasura m. 1*) *NI* descripsit *BL* | ancillia *in* anchilia *mut. B* ‖ 22 adque *AN*

que geminum, Fidem pacis ac belli, in primis focum
Vestae virginibus colendum dedit, ut ad simulacrum cae-
lestium siderum custos imperii flamma vigilaret: haec
omnia quasi monitu deae Egeriae, quo magis barbari ac-
4 ciperent. eo denique ferocem populum redegit ut, quod
vi et iniuria occuparat imperium, religione atque iustitia
gubernaret.
3 Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius, cui in
honorem virtutis regnum ultro datum. hic omnem mili-
2 tarem disciplinam artemque bellandi condidit. itaque mi-
rum in modum exercita iuventute provocare ausus Albanos,
3 gravem et diu principem populum. sed cum pari robore
frequentibus proeliis utrique comminuerentur, misso in
conpendium bello, Horatiis Curiatiisque, trigeminis hinc
atque inde fratribus, utriusque populi fata permissa sunt.
4 anceps et pulchra contentio exituque ipso mirabilis. tribus
quippe illinc volneratis, hinc duobus occisis, qui supererat
Horatius addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem
simulat fugam singulosque, prout sequi poterant, adortus
5 exuperat. sic — rarum alias decus — unius manu parta
victoria est, quam ille mox parricidio foedavit. flentem

I 1 geminum] bifrontem *I* | indicem *H. Muellerus, cf. Livius I 19, 2, at v. G. Wissowa in Roscheri lexico mythol. I p. 1482 et Livius I 21, 4; nisi forte verba* pacis ac belli *pro interpretamento olim ad* geminum *adscripto habenda sunt* | hac *B* ‖ 2 simulacrhum *L* ‖ 3 custus *I* ‖ 4 de aegeriaequo *in* deae geriae quo *mut. N*[1] *vel N*[2] deę egerię equo *L* deae egregiae quo *I* | barbaris (s *expunxit m. ead.*) *L* | acciperent (i *ex* e *m. ead.*) *L* ‖ 5 Eo| demque *L* ‖ 6 ui *ante* ui *erasit B* | occupauerat *C* | adque *B* | 8 excepit *I* | nūmam *B* | tullius *B* | cuius inho (h *supra versum m. 2*) norem *B* cuius in honorem *vel* cuius honorem *I* ‖ 10 debellandi *B* | condidit] instituit *I* ‖ 11 immodum *L* | exercitate *B* exercitata *Iordanis cod. Emmeranus, at v. Oros. II 4, 9* | iuuent∗ut eprouocare *in* iuuentute prouocare *mut. N*[2] ‖ 12 diu∗∗|principem *B* ‖ 14 oratius *B* oratiis (*post* r *erasa* t) *N* honoratis *in* horatiis *mut. L* | curiatisque *C* ‖ 15 adque *B* ‖ 16 pulchra (h *sup. vers. m. ead.*) *B* pulcra *I* ‖ 17 uulneratis *AL* ‖ 18 oratius *BN* ‖ 19 potērant *AL* poterat *B*[2]*N* | adorsus *L* ‖ 20 exsuperat *C* | par∗∗ta (*erasum* ra) *B* ‖ 21 parricidio (*prior* r *expuncta*) *B* | nam flentem *I*

spolia circa se sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat.
hunc tam inmaturum amorem virginis ultus est ferro.
citavere leges nefas, sed abstulit virtus parricidium, et facinus 6
infra gloriam fuit. nec diu in fide Albanus. nam Fide-
nate bello missi in auxilium ex foedere medii inter duos
expectavere fortunam. sed rex callidus ubi inclinare socios 7
ad hostem videt, tollit animos, quasi ipse mandasset: spes
inde nostris, metus hostibus. sic fraus proditorum inrita
fuit. itaque hoste victo ruptorem foederis Mettum Fufe- 8
tium religatum inter duos currus pernicibus equis distrahit
Albamque ipsam quamvis parentem, aemulam tamen diruit,
cum prius omnes opes urbis ipsumque populum Romam 9
transtulisset; prorsus ut consanguinea civitas non perisse,
sed in suum corpus redisse rursus videretur.

Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii ex filia, pari 4
ingenio. igitur et muro moenia amplexus est et inter- 2
fluentem urbi Tiberinum ponte commisit Ostiamque in
ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit, iam tum
videlicet praesagiens animo futurum ut totius mundi opes
et commeatus illo velut maritimo urbis hospitio reci-
perentur.

Tarquinius postea Priscus, quamvis transmarinae ori- 5

I 1 s& *B* | ostis *I* ‖ 2 uirginis amorem *C* ‖ 3 c̄itauere *C* ut auderet *A* ut audiret *Mommsenus* | set *B* | parricidium *Iordanis cod. Emmeranus* parricidam (*post* d *erasa* i) *B* parricidam *CI* ‖ 4 intra *C* | nec diu in fide *LI* necdiui n*(*erasa* i)fide *N* nec desit deinde *B* ‖ 5 missi *L* misit *AN Monac.* | et foedere *N* ‖ 6 caldidum *in* callidus *mut. B* | subinclinare *N* ‖ 7 ostem *I* | ipse *om. A, sed cf. Livius I 27, 8* ‖ 8 inde romanis *I* | irrita *A* ‖ 9 metum *B* | fufetium *C* furetium *A* ‖ 10 distrait (*virgulam add. m. ead.*) *B* distrait *I* ‖ 12 prius cum *C* ¢um primus *I* | romam transtulisset *LI Voss. Monac.* ·R̃· transtulisset *B* romanum transtulisset (*ante* l *erasa* l) *N* ‖ 15 nepus *I* | ex filia *om. C* | raro *B* prauo *I* pari avo *vel* par avo *F. E. Koehlerus v. de vir. illustr. 5, 1* ‖ 16 Hic *ante* igitur *add. L* | moenia muro *C* | influentem *I* ‖ 17 tyberinum *I* | ponti *N* ‖ 19 futurom (v *supra* o *m. 1*) *N* ‖ 20 comeatus *I* | illo] illut *in* illud *mut. B* | ueluti *L* | maritimo (o *supra vers. m. 1*) *N* | ospitio *L* ospitio *I* | receperentur *I*

ginis, regnum ultro petens accepit ob industriam atque
elegantiam; quippe qui oriundus Corintho Graecum in-
2 genium Italicis artibus miscuisset. hic et senatus maie-
statem numero ampliavit, et centuriis tribus auxit equites,
quatenus Attius Nevius numerum augeri prohibebat, vir
3 summus augurio. quem rex in experimentum rogavit,
4 fierine posset, quod ipse mente conceperat? ille rem ex-
pertus augurio posse respondit. 'atqui hoc' inquit 'agi-
taram, an cotem illam secare novacula possem;' et augur
5 'potes ergo' inquit, et secuit. inde Romanis sacer augu-
ratus. neque pace Tarquinius quam bello promptior.
duodecim namque Tusciae populos frequentibus armis
6 subegit. inde fasces trabeae curules anuli phalerae palu-
damenta praetextae, inde quod aureo curru quattuor equis
triumphatur, togae pictae tunicaeque palmatae, omnia de-
nique decora et insignia, quibus imperii dignitas eminet.

6 Servius Tullius deinceps gubernacula urbis invadit,
nec obscuritas inhibuit quamvis matre serva creatum. nam
eximiam indolem uxor Tarquini Tanaquil liberaliter edu-
caverat, et clarum fore visa circa caput flamma promiserat.
2 ergo inter Tarquini mortem adnitente regina substitutus

I 1 potens *B* | adque *B* ‖ 2 ingenio (*m. ead. supra* o *posuit* ṽ) *B* ‖ 4 equites *ante* centuriis *add. Pighius ann. a. 138*, *ante* quatenus *Iahnius* et in centuriis tribus auxit equites *Sauppius* | 5 Quatinus *L* | atius *B* actius *LI* | naeuius *B* neuius *CI*, *v. Dionys. Halic. III 70 sq. et de vir. ill. 6, 7* | augeri *LI* augure *B* augerit (i *exe m. 2*) *N* | prohibebatur summus *N* | uir *om. L* ‖ 7 possit *I* | coeperat *I* ‖ 8 Atqui *B* atquin *N* At qui *L* adquin *I* | hoc inquit *bis scripsit B*, *sed secundo loco erasum est, praeterea* t *in priore* inquit *in* d *mut. m. ead.* | agitabam. (am. *correctum m. 1 ex* at) *N* agitabam *L* agituram *I* ‖ 9 an *om. A v. Sauppius p. 11 sq.* | cutem *I* | secari *A* | nouaculam (m *expunxit m. 1*) *N* | posse *A* | et *om. C* ‖ 10 potest *Iahnius* | ergo *om. I* | inquid *in* inquit *mut. B* inquid *I* ‖ 11 promtior *N* ‖ 13 fasces (*prior* s *supra versum m. ead.*) *L* | falæræ *N* falaere *L* ‖ 14 praetexta *C* | unde *L* | curro *B* ‖ 15 denique (nique *fecit m. ead. ex* cora) decora *L* ‖ 16 *post* eminet *B add.:* ea sumpta sunt, *I:* sumpta sunt, *Iahnius:* adsumpta sunt ‖ 19 tarquinii *A* tarquinio *C* | educarat *C* ‖ 21 inter tarquinii *A* intarquinii *L* | adnitentem (m *del. m. ead.*) *B* annitente *LI*

in locum regis quasi in tempus, regnum dolo partum sic
egit industrie ut iure adeptus videretur. ab hoc populus 3
Romanus relatus in censum, digestus in classes, decuriis
atque collegis distributus, summaque regis sollertia ita
est ordinata res p., ut omnia patrimonii dignitatis aetatis
artium officiorumque discrimina in tabulas referrentur
ac sic maxima civitas minimae domus diligentia contineretur.

Postremus fuit omnium regum Tarquinius, cui cognomen 7
Superbo ex moribus datum. hic regnum avitum, quod a 2
Servio tenebatur, rapere maluit quam expectare, inmississque in eum percussoribus scelere partam potestatem
non melius egit quam adquisiverat. nec abhorrebat mo- 3
ribus uxor Tullia, quae ut virum regem salutaret, supra
cruentum patrem vecta carpento consternatos equos exegit.
set ipse in senatum caedibus, in plebem verberibus, in 4
omnis superbia, quae crudelitate gravior est bonis, grassatus, cum saevitiam domi fatigasset, tandem in hostes
conversus est. sic valida oppida Latio capta sunt, Ardea 5
Ocricolum Gabi Suessa Pometia. tum quoque cruentus
in suos. neque enim filium verberare dubitavit, ut simu- 6
lanti transfugam aput hostis hinc fides esset. cui Gabiis, 7

I 1 in *om. C* ‖ 2 industria *L* ‖ 3 clases *BL* | curiis *L* ‖ 4 adque *B* | collegiis *A* | solertia *N* ‖ 5 patrimonia *in* patrimonii *mut. B* | dignitas *B* ‖ 6 offitiorumque (*posterior* o *m. ead. ex* ũ) *L* | referrentur (*prior* r *supra versum m. 1*) *N* ‖ 7 ac si *B* ‖ 9 omnium fuit regum *C* omnium regum fuit *Voss.* | cum *B* ‖ 10 datoum (o *expunxit m. ead.*) *L* | aseruo *L* ‖ 11 missisque *A, at v. I 31, 18; 36, 7; 8; II 32, 45* ‖ 12 scelere (re *supra versum m. ead.*) *B* ‖ 13 adquesierat *N* adquisierat *N*² *L* ‖ 15 egit *C, at v. II 13, 68* ‖ 16 sed *NI* Sed *L* | in plebem uerberibus *om. C* ‖ 17 omnis (i *ex* e *m. ead.*) *B* omnes *L* | superbia · atque crudelitate *N* | bonos *L* ‖ 18 cum *in* qum *mut. B* | seuiti iam *N* ostes *I* ‖ 19 oppida latio *B* oppida · inlatio *C* latio oppida *I* oppida Latii *Hauptius, at v. Orosius II 4, 12* ‖ 20 ocricolum *I* gaui *cod. Cheltenhamensis Iordanis* (gauii *ceteri*) grauii *B* gabii *N* gabium *L* | sessa. *B* ‖ 21 simulantis *I* ‖ 22 apud *LI* | hostes *LI* | cui] quo *A*, *an* quoi? | gabios *N* agauiis *A* gabii *L*

ut voluerat, recepto et per nuntios consulenti quid fieri
vellet, eminentia forte papaverum capita virgula excutiens,
cum per hoc interficiendos esse principes vellet intellegi,
quasi superbia sileret, respondit tamen. de manubiis cap-
8 tarum urbium templum erexit. quod cum inauguraretur,
cedentibus ceteris diis — mira res dictu — restitere
9 Iuventas et Terminus. placuit vatibus contumacia numi-
num, si quidem firma omnia et aeterna pollicebantur. sed
illud horrentius, quod molientibus aedem in fundamentis
humanum repertum est caput. nec dubitavere cuncti
monstrum pulcherrimum imperii sedem caputque terrarum
10 promittere. tam diu superbiam regis populus R. per-
pessus est, donec aberat libido; hanc ex liberis eius
11 inportunitatem tolerare non potuit. quorum cum alter
ornatissimae feminae Lucretiae stuprum intulisset, matrona
dedecus ferro expiavit, imperium regibus abrogatum.

II. ANAKEΦALAEOSIS DE SEPTEM REGIBVS.

8 Haec est prima aetas populi R. et quasi infantia,
quam habuit sub regibus septem, quadam fatorum in-
dustria tam variis ingenio ut rei p. ratio et utilitas postu-
2 labat. nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut

I 1 receptos *N* ‖ 2 circula *B* | excussit (*supra* ssit *positum* tiens) *L* ‖ 3 interficiendus *in* interficiendos *mut.* *N*¹ | intellegi uellet *N* intelligi uellet *L* ‖ 4 qua *A* quæ *C*: *correxit Titzius* | suberbia *N* | sic *AC*: *correxit Hauptius* | *post* respondit *I* *add.* ut senserant ‖ 5 inauraretur *L* ‖ 6 de his *N* | resdicitur (s *inseruit m. ead.*) extitisse · res stitere *B* res dicitur extitisse resistere *I* ‖ 7 contumatiam *B* ‖ 9 illut *in* illud *mut.* *B* illut *N* | orrentius *B* horrendum *N* orrendum *L* | mouentibus *B* | aedem *L* edem *I* sedem *BN* ‖ 10 caput repertum est *I* ‖ 12 Tandiu *L* | recis *in* regis *mut.* *N*² ‖ 13 aderat *B* ‖ 14 importunitatem *L* inportunitate *I* ‖ 16 ·tum regibus (g *supra versum m. 2*) *N* regi *L* | est *post* abrogatum *add.* *L* ‖ 17 ANAKEPHALEOSIS *B* ANACEPHALEOSIS *C* *cf. capitum indicem* | de u *N* de VII *L* ‖ 18 ·P̄·R̄· *B* ‖ 19 ·VII· (*supra posito* tem) *L* | *ante* quadam *I* *add.* per annos ut diximus CCXLIII ‖ 21 romolo *I*

invaderet regnum. quid Numa religiosius? ita res po- 3
poscit, ut ferox populus deorum metu mitigaretur. quid 4
ille militiae artifex Tullus? bellatoribus viris quam ne-
cessarius, ut acueret ratione virtutem. quid aedificator
Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro
tueretur. iam vero ornamenta Tarquinii et insignia quan- 5
tam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem.
actus a Servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosset 6
Romana res publica? postremo Superbi illius inportuna 7
dominatio non nihil, immo vel plurimum profuit. sic
enim effectum est ut agitatus iniuriis populus cupiditate
libertatis incenderetur.

III. DE MVTATIONE REI PVBLICAE.

Igitur Bruto Collatinoque ducibus et auctoribus, quibus 9
ultionem sui moriens matrona mandaverat, populus Ro-
manus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus quo-
dam quasi instinctu deorum concitatus regem repente
destituit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat, im-
perium in eosdem libertatis suae vindices transfert, mutato
tamen et iure et nomine. quippe ex perpetuo annuum 2
placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel

I 1 res *om.* *L* | popo poscit *B* ‖ 2 ferus *L* ‖ 3 tullius *C* ‖ 4 accueret *B* ‖ 5 coloniam *B* | extentet *in* extenderet *mut.* *B*[1] | ponte iungeret · muro tueretur *omissa add.* *B*[1] ‖ 7 o *post* principi *erasit* *B* | habitate *in* habitu *mut.* *L* abitu *I* ‖ 8 h *ante* actus *erasit* *B* | efficit *N* ‖ 9 romana *om.* *C* | importuna *L* ‖ 12 incendetur *B* | *post* incenderetur *verba* mutataque regali dominatione ad consolum infulas se conferret; qui bini — multa supersedi, quod pene a nonnullis iam usurpatum esse breviatumque opus cognovi *ex Festi brev. 2. add.* *I* ‖ 13 PUBLICE REI *L* ‖ 14 Igitur primi consolum Brutus et Collatinus, quibus ultionem *I* | conlatinoque *N* colatioque *L* ‖ 15 *supra* matronamandauerat *N*[2] *scripsit*: · i · (= *id est*) lucretia ‖ 17 instinctu (c *supra versum add. m. 1*) *N* ‖ 18 distituit *B* | diripit (p *ex* g *mut. m. ead.*) *L* | consecrauit *L* ‖ 20 ut diximus *post* tamen *add.* *I* | et iudice *C* | annuum *L I Voss. Rehd. Monac. Palat.* annum *B* annum (*supra* m *m. 1 pos.* s) *N* ‖ 21 etsingulari *B*

mora corrumperetur, consulesque appellavit pro regibus,
ut consulere se civibus suis debere meminissent. tan-
3 tumque libertatis novae gaudium incesserat, ut vix mutati
status fidem caperent alterumque ex consulibus, Lucretiae
maritum, tantum ob nomen et genus regium fascibus
4 abrogatis urbe dimitterent. itaque substitutus Horatius
Publicola summo studio adnisus est ad augendam liberi
populi maiestatem. nam et fasces ei pro contione sum-
misit, et ius provocationis adversus ipsos dedit, et ne
specie arcis offenderet eminentis aedis suas in plana sum-
5 misit. Brutus vero favori civium etiam domus suae clade
et parricidio velificatus est. quippe cum studere revo-
candis in urbem regibus liberos suos conperisset, pro-
traxit in forum et contione media virgis cecidit et securi
percussit, ut plane publicus parens in locum liberorum
adoptasse sibi populum videretur.

6 Liber iam hinc populus Romanus prima adversus ex-
teros arma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde
pro sociis, tum gloria et imperio, lacessentibus adsidue
7 usque quaque finitimis; quippe cum patri soli glaeba nulla

I 1 appellauit (*prior* p *supra vers.*) *B* ‖ 2 se *om. A ante* debere *add. Halmius* ‖ 3 libertati *B* | incenserat *B* intercesserat *I* ‖ 4 flatus *in* status *mut.* B^1 | caperet *B* | lucretie (*posterior* e *correcta ex* a *m. 1*) *B* | lucretiae maritum *om. C* ‖ 6 obrogatis *N* | urbem *AN* | dimitteret *B* | oratius *A* horatius (h *supra vers. m. 1*) *N* hortacius *L* ‖ 7 ex *ante* summo *add. C* | ammissus *B* annisus *LI* | augendum *B* | liberis *I* ‖ 8 magestatem *B* ‖ 9 aduersos (*supra* o *m. 1 pos.* v) *B* ‖ 10 species *I* | artis *L* | aeminenti aedis *B* aeminentes aedes B^1 eminentis aedis *N* eminentes aedes N^2 *L* eminenti sedes *I* | planas *B* | submisit *I* ‖ 11 fauoris *I* | cium·*in* ciuium *mut.* B^1 ‖ 12 qui pecum *L* | de *post* studere *add. I* ‖ 13 urbe *B* | comperisset *B* | protraxit (*posterior* r *supra versum m. 1*) *N* ‖ 14 contione (*supra* e *virgula quae* m *significat erasa*) *L* | et *om. B* | securique *I* ‖ 16 adoptasse (e *ex* t, *ut videtur, corr. m. 1*) *B* adobtasse *I* | populum (pu *supra versum m. 2*) *N* ‖ 17 iam *supra versum add. L* ‖ 19 pro *ante* gloria *add. L vix recte, v. I 11, 7* | imperium lacescentibus *B* | assidue *L* ‖ 20 cui *Salmasius* | patrii (*posterior* i *supra versum m. 2*) *N* patrii *AL* | gliba *I*

esset, set statim hostile pomerium, mediusque inter La-
tium atque Tuscos quasi in quodam bivio conlocatus
omnibus portis in hostem incurreret; donec quasi contagio 8
quodam per singulos itum est et proximis quibusque cor-
reptis totam Italiam sub se redegerunt.

IIII. BELLVM ETRVSCVM CVM REGE PORSENNA.

Pulsis urbe regibus prima pro libertate arma corripuit. 10
nam Porsenna rex Etruscorum ingentibus copiis aderat et
Tarquinios manu reducebat. hunc tamen, quamvis et 2
armis et fame urgueret occupatoque Ianiculo ipsis urbis
faucibus incubaret, sustinuit, reppulit, novissime etiam
tanta admiratione perculit, ut superior ultro cum paene
victis amicitiae foedera feriret. tunc illa tria Romani 3
nominis prodigia atque miracula, Horatius Mucius Cloelia,
qui nisi in annalibus forent, hodie fabulae viderentur.
quippe Horatius Cocles postquam hostes undique instantes 4
solus summovere non poterat, ponte rescisso transnatat
Tiberim nec arma dimittit. Mucius Scaevola regem per 5

I 1 esset *add. vg.* | ** (de, *ut videtur, erasit m. 1*) | sed (*in margine add. m. 1*) *B* sit *C* sit sed *I* ‖ 2 adque *A* et (*expunxit m. ead.*) atque *L* | ettruscos *B* etruscos *I* | in (i *supra versum m. 1*) *N* ‖ 3 contagione quadam *C* | et *om. B* ‖ 5 redigerunt *I* ‖ 6 BELLVM *om. B* | CUM *om. C* | PROSENNA *N* ‖ 7 Pulsis — corripuit *om. I* | ex urbe regni *N* exurbe (r *supra versum m. ead.*) regnis *L* ‖ 8 prosenna *N* | etrusticorum *B* ‖ 9 tarquinius *I* ‖ 10 urgeret *N* urgęret (*prior* r *supra versum m. ead.*) *L* | in *ante* ipsis *add. A* ‖ 11 sustenuit *I* ‖ 12 cum paena *B* ‖ 13 Tum *L* | tunc — dimittit (*vs. 18*) *om. I* | illa in romani (*post* i *erasa est* s) nominis *B* illa romana prodigia *C*: *corr. F. E. Koehlerus* illi ni Romani nominis *Iahnius* illa inmania Romani nominis *Halmius* illa en Romani nominis *Baehrensius* illa in Romanis nominibus *Spengelius* ‖ 14 adque *B* | oratius *B* | muctius *B* mucius (c *in rasura m. 1*) *N* | doelia *L* ‖ 15 qui *BN* que N^2L | mannalibus *radendo in* in annalibus *correctum B* mannalibus *L* ‖ 16 oratius *B* | cochles *N* ‖ 17 transnatat (*supra tertiam* t *aliquid erasum, fortasse virgula, quae* ur *significat*) *N* ‖ 18 nam *ante* Mucius *add. I* | Muscius *L* | scaeuolat *B*

insidias in castris ipsius adgreditur, sed ubi frustrato circa purpuratum eius ictu tenetur, ardentibus focis inicit
6 manum terroremque geminat dolo. 'en, ut scias', inquit 'quem virum effugeris; idem trecenti iuravimus;' cum interim — inmane dictu — hic interritus, ille trepidaret,
7 tamquam manus regis arderet. sic quidem viri, sed ne qui sexus a laude cessaret, ecce et virginum virtus. una ex opsidibus regi datis elapsa custodiam, Cloelia, per
8 patrium flumen equitabat. et rex quidem tot tantisque virtutum territus monstris valere liberosque esse iussit. Tarquinii tam diu dimicaverunt, donec Arruntem filium regis manu sua Brutus occidit superque ipsum mutuo volnere expiravit, plane quasi adulterum ad inferos usque sequeretur.

V. BELLVM LATINVM.

11 Latini quoque Tarquinios adserebant aemulatione et invidia, ut populus qui foris dominabatur saltim domi serviret. igitur omne Latium Mamilio Tusculano duce quasi
2 in regis ultionem tollit animos. apud Regilli lacum dimi-

I 1 aggreditur *L* | frustratum *I* ‖ 2 purporatum *BN* | hictu *N* | mox *ante* focis *add. I* | iniat *L* intulit *I* ‖ 3 en *om. C* | sciat *B* scias B^1*CI* | inquid *A* ‖ 5 interim immane *C* inter immane *I* ‖ 6 arderet (r *sup. vers. add. m. ead.*) *B* | set *I* ‖ 7 quid sexus *N* quis sexus *L* sexus alter *I* sequior sexus *Traubius Var. Libam. crit. p. 9 sq.* ‖ 8 obsidibus *A* | data etlapsa custodiae *B* data elapsa custodiae B^1*I* datę (*inter* t *et* ę *supra versum* a *m. 2*) lapsacustodiam *N* data · elapsa custodiam *L*: *correxit Tollius* ‖ 9 flumem *in* flumen *mutavit B* | et *om. I* ‖ 10 monitis *C* ‖ 11 tamen tam diu *B* tamen diu *I* ‖ 12 manu (*post* u *erasa* s) *B* ‖ 13 uulnere *AL* | expirauit (r *supra versum*) *B* expiauit *Iordanis codd. praeter Cheltenhamensem omnes* ‖ 15 BELLVM *om. B* BELLVM *L* ‖ 16 Nec secus Latini a Mamilio Tuscolano duce apud Regilli lacum expugnantur, uincuntur atque subiciuntur *reliquis usque ad* est (*p. 19, 12*) *omissis I* | Iatini *in* Latini *mut.* B^1 | tarquinos *B* tarquinios B^1 | asserebant *L* ‖ 17 populos *in* populus *mut. B* | saltem *C* ‖ 18 tus con|lano (on *incertae*) *in* tusculano *mutavit* B^1 ‖ 19 aput *B* | dimicauit *B*

catur diu Marte vario, donec Postumius ipse dictator
signum in hostis iaculatus est — novum et insigne com-
mentum — uti repeteretur. Cossus equitum magister 3
exuere frenos imperavit — et hoc novum — quo acrius
incurrerent. ea denique atrocitas proelii fuit, ut inter- 4
fuisse spectaculo deos fama tradiderit. duo in candidis
equis iuvenes more siderum praetervolaverunt; Castorem
atque Pollucem nemo dubitavit. itaque et imperator ipse
veneratus est pactusque victoriam templa promisit et red-
didit, plane quasi stipendium commilitonibus diis.

Hactenus pro libertate, mox de finibus cum isdem 5
Latinis adsidue et sine intermissione pugnatum est. Cora 6
— quis credat? — et Alsium terrori fuerunt, Satricum
atque Corniculum provinciae. de Verulis et Bovillis —
pudet — sed triumphavimus. Tibur, nunc suburbanum, et 7
aestivae Praeneste deliciae nuncupatis in Capitolio votis
petebantur. idem tunc Faesulae quod Carrhae nuper, 8
idem nemus Aricinum quod Hercynius saltus, Fregellae
quod Gesoriacum, Tiberis quod Euphrates. Coriolos quo- 9

I 1 marte (m *supra versum m. 1*) *B* | posthumus (h *supra versum m. 1*) *B* postumus *N* portumus *L* | ductator *in* dictator *mut. L* || 2 dignum *N* || 3 ut inde ipse peteretur *B* uti peteretur *C*: *corr. N. Heinsius*, ut repeteretur *Perizonius et Tollius*, ut inde repeteretur *Iahnius* ut impetu peteretur *Traubius p. 10* | Cossus] cursu cossus *C* | equitum (q *correcta ex* g) *B* || 4 quod *N* || 6 deos spectaculo *L* | duos *L* || 7 iuuenes — praeteruolauerunt *om. C* || 8 adque *B* | pullucem *C* | ipse *om. C, cf. p. 11, 7* || 9 Pactusque (c *correcta ex* s) *L* | uictoriam (o *correcta ex* u) *L* | templa (a *correcta ex* um) *L* || 10 deis *N* Dehis *L* || 11 actenus *N* | his dem *B* eisdem *C* || 12 assidue *L* | cora *Rehd.* sora *A* sora (s. *supra versum m. 1*) *N* Ora *L Voss. Monac.* | soraque et alsium (*om.* quis credat) *post* satr. a. corn. *I* || 13 algidum *C* | terrori fuerunt] captas (*sic, lege*: captae sunt) *I* || 14 adque *A* | prouinciae] prouinciaque effecta *I* | bobillis *I* || 15 triumphauere romani *I* || 16 eastiuæ *N* | delicia *B* deliciæ B^1 || 17 phae sulae *B* | carrhe *B* charrae *I* capræ æ (æ æ *coniunxit m. 2*) *N* capreę *L* || 18 aricinus *I* | haecynius (y *inseruit m. 1*) *B* hercylius *I* hercinius *L* || 19 gesoria; cum *N* gersoriacum *L* caesoriacum *A* | tiberis *A* quod tigris *N* quod ligris *L* | eufrates *CI* | Coriolos (i *supra versum m. ead.*) *L* curiolos *I*

que — pro pudor — victos adeo gloriae fuisse, ut captum
oppidum Gnaeus Marcius Coriolanus quasi Numantiam aut
10 Africam nomini indueret. extant et parta de Antio spolia,
quae Maenius in suggestu fori capta hostium classe suf-
fixit — si tamen illa classis, nam sex fuere rostratae.
11 sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. pervica-
cissimi tamen Latinorum Aequi et Volsci fuere et coti-
12 diani, ut sic dixerim, hostes. sed hos praecipue Titus
Quinctius domuit, ille dictator ab aratro, qui obsessa et
paene iam capta Manili consulis castra egregia victoria
13 recuperavit. medium erat tempus forte sementis, cum
patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere
deprehendit. inde in aciem profectus, ne quid a rustici
operis imitatione cessaret, more pecudum sub iugum misit.
14 sic expeditione finita redît ad boves rursus triumphalis
15 agricola — fidem numinum — qua velocitate. intra quin-
decim dies coeptum peractumque bellum, prorsus ut festi-
nasse dictator ad relictum opus videretur.

I 1 uictus *B Iordanis cod. Heidelbergensis* | gloriae (o *correcta ex* a *m. 1*) *B* ‖ 3 affricam *I* | nomine *B* | induere *B* induceret *N* | Exstant *L* ‖ 4 menius *I Voss.* menenius *B* moenibus *N* męnibus *L* | sucgestu (c *supra versum*) *B* suggesto *LI* | 5 classis (*prior* s *supra versum m. 1*) *B* | *post* fuere *N add.* solae ‖ 6 hic *om. B* | peruicacissimi (*posterior* c *facta ex* r) *L* ‖ 7 uulsci *A* | quottidiani *B* ‖ 8 sic (c *supra versum m. 1*) *B* | sed hos *om. B* et hos *I* ‖ 9 quintius *LI* ‖ 10 captam anili (*correxit m. 1*) *B* capta manlii *I* capta marci mamili *N* capta marcii manlii *L* L. Minucium *Livius appellat III 25, 1 sq. et Valer. Max. II 7, 7*; Q. Minucium *de vir. ill. 17, 1* | egregia uirtute seruauit *C* ‖ 12 innixtum *L* | ab *ante* aratro *add. N* | lector *L* ‖ 13 uictos *post* profectus *add. B*, *post* cessaret *C*, *om. I*, *delevit Mommsenus* | nequit *B* nequid B^1 | 14 immitatione *B* | pecodum more *I* ‖ 15 sic *om. I* | expeditioneque *I* | rediit *A* | uobes *B* boues B^1 ‖ 16 Fide *C* | uelocitate (m *post posteriorem* e *erasa*) *B* ‖ 17 captum *I* | bellum *om. L*

VI. BELLVM CVM ETRVSCIS FALISCIS VEIENTIBVS FIDENATIBVS.

Adsidui vero et anniversarii hostes ab Etruria fuere 12
Veientes; adeo ut extraordinariam manum adversus eos
promiserit privatumque gesserit bellum gens una Fabiorum.
satis superque idonea clades. caesi aput Cremeram tre- 2
centi, patricius exercitus; scelerato signat nomine quae
proficiscentes in proelium porta dimisit. sed ea clades 3
ingentibus expiata victoriis, postquam per alios atque
alios robustissima capta sunt oppida, vario quidem eventu.
Falisci sponte se dediderunt, crematae suo igne Fidenae, 4
direpti funditus deletique Veientes. Falisci cum obside- 5
rentur, mira est visa fides imperatoris, nec inmerito, quod
ludi magistrum, urbis proditorem, cum his quos adduxerat
pueris vinctum sibi ultro remisisset. eam namque vir 6
sanctus et sapiens veram sciebat esse victoriam, quae
salva fide et integra dignitate pareretur. Fidenae quia 7
pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus

I 1 ETRUSCIS (SC *in rasura m. 1*) *N* | FALIS (*syllabas in unum verbum coniunxit m. 1*) · LVM · ET · FIDENATE *N* ET FALISCVM. ET FIÐENATE *L* | PHALISCIS *B* ‖ 2 FIDENATIS *B* ‖ 3 *pro* Adsidui — meminit (*p. 22, 12*) *I habet*: Pari tenore Veientes, Falesci et Fidenates tunc magno labore deuicti sunt. qui modo et si fuerint, non uidentur. ‖ 4 uerentes *L* | ut *om. L* | aduersum *L* ‖ 6 idonea *C* nota *B* | aput *in* apud *mutavit B* apud *L* | aput cremeram *in rasura N*[1] ‖ 7 it *post* exercitus *add. B* et *C*: *delevi propter* s *impuram*, id *Iahnius* sic *Halmius* itaque scelerato signata *F. E. Koehlerus* | signata *N* ‖ 9 adque *B* ‖ 10 duces *post* alios *add. C* | euentu *post posteriorem* u *erasa est* m) *B* ‖ 11 phalisci (*post posteriorem* i *erasa est* s) *B* | Sponte (S *initio versus add. m. 2*) *B* | sed ediderunt *B* se *ante* sponte *C* | cremati *C* | igni *L* | fidem *B* fidenae *B*[2] fidenates *C* ‖ 12 direpti] daerepti *B* rapti *C* | sallentini. *post* funditus *add. B* | uerentes *L* | Phalisci *B* | cum *in* quum *mutavit B*[1] | obsidentur *L* ‖ 13 uisa est *C* eis uisa *Iahnius* eis est uisa *Halmius*, *erat cum* est *tanquam interpolationem secludendam putarem, sed v. p. 7, 10* | immerito *C* | 17 pareretur *BN* pararetur *B*[1]*L* ‖ 18 adterrorem (d *correcta ex* t *m. 1*) *B*

armatae et discoloribus serpentium in modum vittis furiali
more processerant; sed habitus ille feralis eversionis omen
8 fuit. Veî quanta res fuerit, indicat decennis obsidio. tum
primo hiematum sub pellibus, taxata stipendio hiberna,
adactus miles sua sponte iure iurando ne nisi capta urbe
9 remearet. spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium
reportata. denique non scalis nec inruptione, sed cuni-
10 culo et subterraneis dolis peractum urbis excidium. ea
denique visa est praedae magnitudo, cuius decimae Apol-
lini Pythio mitterentur, universusque populus Romanus
11 ad direptionem urbis vocaretur. hoc tunc Veî fuere.
nunc fuisse quis meminit? quae reliquiae? quod vesti-
gium? laborat annalium fides, ut Veios fuisse credamus.

VII. BELLVM GALLICVM.

13 Hic sive invidia deum sive fato rapidissimus procur-
rentis imperii cursus parumper Gallorum Senonum in-
2 cursione supprimitur. quod tempus populo Romano nescio
utrum clade funestius fuerit, an virtutis experimentis spe-
3 ciosius. ea certe fuit vis calamitatis ut in experimentum
inlatam putem divinitus scire volentibus inmortalibus diis,
an Romana virtus imperium orbis mereretur.

I 1 serpentum *C* | immodum *B* | uittis (*prior* t *sup. vers.*) *L* || 2 pro cesserant (n *sup. vers.*) *B* | nomen *L* || 3 uel *C* | inmodicat *N* indicta *L* | *ante* tum *erasum est* primo, *sed* o *non prorsus certa B* | tunc primum *C* || 4 suppelibus *B* | stipendio (o *correcta ex* a) *B* || 5 iure *supra versum N*[1] | ne *om. C* | non *post* urbe *add. L* || 6 remeare *L* | tolõma *L* | afferret. triumphum reportaret *B*, *quod commendat Halmius*, ad Feretrium triumpho reportata *Iahnius* || 7 non non (*prius erasum*) *B* | inruptione (*post* e *erasa est* s) *B* irruptione *L* || 8 donec peractum *L* || 9 cuius] ut eius *L* | decima *Iahnius* || 10 mitteretur *B* | populus (*inter* o *et* p *supra versum una littera erasa*) *N* || 11 uel *N* | uei fuere *om. L* || 12 quodue *C* || 13 enim *post* laborat *add. I* | ut uera *L* | ueios ueios (*posterius erasum*) *B* | ualiscos fidenates *post* ueios *add. I* || 15 Hic — mereretur *om. I* | siue (e *ex* i *m. 1*) *B* fatorum *B* || 18 clade (l *supra versum*) *B* | funestius (i *expunxit m. 1*) *L* || 20 illatam *L* | inlatū am (m *expunxit m. ead.*) putem *N* | immortalibus *C* | dis *N*

Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, 4
ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus,
adeo omni genere terribilis fuit ut plane nata ad homi-
num interitum, urbium stragem videretur. hi quondam 5
ab ultimis terrarum oris et cingente omnia Oceano ingenti
agmine profecti cum iam media vastassent, positis inter
Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti per
Italiam vagabantur; tum Clusium urbem obsidebant. pro 6
sociis ac foederatis Romanus intervenit; missi ex more
legati. sed quod ius apud barbaros? ferocius agunt et
inde certamen. conversis igitur a Clusio Romamque ve- 7
nientibus ad Alliam flumen cum exercitu Fabius consul
occurrit. non temere foedior clades; itaque hunc diem
fastis Roma damnavit. fuso exercitu iam moenibus urbis 8
propinquabant. erant nulla praesidia. tum igitur sic ut
numquam alias apparuit vera illa Romana virtus. iam 9
primum maiores natu amplissimis usi honoribus in forum
coeunt, ibi devovente pontifice dis se manibus consecrant,
statimque in suas quisque aedes regressi sic ut in trabeis 10
erant et amplissimo cultu in curulibus sellis sese repo-
suerunt, ut, cum venisset hostis, in sua quisque dignitate

I 1 autem *post* galli *add.* *I* ‖ 2 mele. *in* mole. *mut.* *L* ‖ 4 urbem *LI* ‖ 5 horis *LI* | cingentem (m *expunxit m. ead.*) *N* cui gente *L* | occeano (*priorem* c *expunxit m. ead.*) *L* ‖ 6 cum *in* quum *mut.* B^1 ‖ 7 contenti quidem *L*, *sed transpos. m. ead.* | contempti *I* ‖ 8 baccabantur *I* | tunc *I* | tusciae *ante* urbem *add.* *I* | ubi *ante* pro *add.* *I* ‖ 9 ac *in* hac *mut.* *B* | phoederatis *B* | populus *ante* romanus *add.* *L* | missis ex more legatis *LI* ‖ 10 uis *L* | aput *N* | ex inde *L* ‖ 11 conuersi galli a clusio romam. quibus ad *I* | á clusio *L* ‖ 12 aliam *BN* | fauius (b *supra priorem* u *posuit m. 2*) *N* ‖ 13 cladis *A* ‖ 14 fatis *L* | romę *L* romam *I* | dampnauit *L* | galli *ante* iam *add.* *I* | urbis *sup. vers.* *L* ‖ 15 adpropinquabant *NI* appropinquabant *L* | ubi pene *ante* nulla erant *add.* *I* | Tunc *L* | igitur aut numquam *N* igitur aut nusquam *L* ‖ 16 illa uera *I* | Quam primum *L* ‖ 17 foro *L* ‖ 18 coeunt (o *supra versum m. 1*) *L* | diis *I* | se diis *L* | se *om.* *B* ‖ 19 trabeigerat *in* trabeis erant *correxit* B^1 ‖ 20 curucurribusibus *in* curulibus *mut.* B^1 | posuerunt *C* ‖ 21 cum *in* quum *mutavit* B^2 | quisque *om.* *C*

11 morerentur. pontifices et flamines quidquid religiosissimi
in templis erat partim in doleis defossa terra recondunt,
12 partim inposita plaustris secum Veios auferunt. virgines
simul ex sacerdotio Vestae nudo pede fugientia sacra
comitantur. tamen excepisse fugientis unus e plebe fer-
tur Albinius, qui depositis uxore et liberis virgines in
plaustrum recepit. adeo tunc quoque in ultimis religio
13 publica privatis adfectibus antecellebat. iuventus vero,
quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio
arcem Capitolini montis insedit, obtestata ipsum quasi
praesentem Iovem, ut quem ad modum ipsi ad defenden-
dum templum eius concurrissent, ita ille virtutem eorum
14 numine suo tueretur. aderant interim Galli apertamque
urbem primo trepidi, ne quis subesset dolus, mox, ubi
solitudinem vident, pari clamore et impetu invadunt. pa-
tentis passim domos adeunt. ibi sedentes in curulibus
suis praetextatos senes velut deos geniosque venerati,
mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioquin
nihil respondere dignantes pari vecordia mactant, facesque

I 1 moreretur *A*, *v. § 10; I 43, 5; II 6, 6; 13, 12* | autem *ante* et *add. I* | flamines (*ante* m *videtur erasa esse* m) *N* | quitquit *N* quicquid *BL* | religiosissimum *L* ‖ 2 erant (n *expunxit m. 1*) *N* | indoliis *L* | refossa *I* | terræ (*posteriorem* e *expunxit m. 1*) *N* terrę *L* | recundunt *L* reconderunt *I* ‖ 3 imposita (a *in rasura m. 1*) *N* imposita *L* | ueios *om. C*, *immo Caere v. Livius V 40, 10 et C. I. L. I² p. 191* ‖ 4 fugentia *B* ‖ 5 fugientes *AL* fugentis (i *in* e *mutavit m. 2*) *N* | ex *B* e *supra versum add. L* ‖ 6 atinius *A* albinus *L v. Livius l. c., Plutarchus Cam. 21* ‖ 7 tum *C* | ultimimis (*prius* mi *expunxit m. ead.*) *L* | religio (o *ex* b *m. 1*) *N* ‖ 8 affectibus (*prior* f *ex* c) *B* affectibus *L* effectibus *I* | ante celebrat *L* ‖ 9 manilio *B Iordanis cod. Laurentianus* ‖ 11 Iovem (*sic*) *L om. N* ‖ 12 eius *om. A* | occurrissent *I* concucurrissent *N*¹ ‖ 13 erant *N* ‖ 14 primo — domos (*vs. 16*) *om. I* | nequi *N* ‖ 15 uident (n *add. m. 1*) *B* | ut *ante* pari *add. B* | patentes *B* ‖ 16 domus *N supra versum add. L* | ubi *C* | sedentibus *I* | curulibus (*ante* r *erasa est* r) *B* ‖ 18 homines esse *L* | alioquin (n *supra versum m. 1*) *N* allocuti *Lipsius* alloqui *D. Heinsius, at cf. Livius V 41, 8*

tectis iniciunt et totam urbem igni ferro manibus exae-
quant. sex mensibus barbari — quis crederet? — circa 15
montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed noctibus
quoque omnia experti; cum tamen Manlius nocte subeuntis
clangore anseris excitatus a summa rupe deiecit, et ut
spem hostibus demeret, quamquam in summa fame, tamen
ad speciem fiduciae panes ab arce iaculatus est. et stato 16
quodam die per medias hostium custodias Fabium ponti-
ficem ab arce dimisit, qui sollemne sacrum in Quirinali
monte conficeret. atque ille per media hostium tela in-
columis religionis auxilio redît propitiosque deos renun-
tiavit. novissime cum iam obsidio sua barbaros fatigasset, 17
mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum
per insolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc
gladio superbe 'vae victis' increparent, subito adgressus
a tergo Camillus adeo cecidit ut omnia incendiorum
vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. agere gra- 18
tias diis immortalibus ipso tantae cladis nomine libet.
pastorum casas ignis ille et flamma paupertatem Romuli
abscondit. incendium illud quid egit aliud, nisi ut desti-
nata hominum ac deorum domicilio civitas non deleta nec

I 1 igne *N* | exęquant (*inter* x *et* ę *supra versum* s *add. m. 1*) *N* ‖ 2 barbaros quis *I* | credere *B* ‖ 4 coque *I* | cum *in* quum *mutavit* B^2 | subeuntes *C* ‖ 5 rupe — in summa *om. B* ‖ 7 ioculatus *in* iaculatus *mutavit* *B* | stato *AN* statuto B^1*L* uel tu *supra scripsit* N^2 ‖ 8 medias (s *supra versum add. m. 2*) *N* | fabium (*virgula supra* u *quae* m *significat erasa est, sed* m *servata*) *N* ‖ 9 demisit *L* | sollempne *L* solemne *I* ‖ 10 incolomis (u *supra posteriorem* o *posita*) *L* ‖ 11 redit *L* reddit (*priorem* d *expunxit m. 1*) *N* rediuit *B* rediit *I* ‖ 12 obsiduo *in* obsidio *mutavit* B^1 obsidia *I* | fatigasset (ga *supra versum add. m. ead.*) *L* ‖ 13 auro *I* | idque — cecidit (*vs. 16*) *om. I* ‖ 15 insuper uictis *B* superbeuictis (p *ex* b *m. 2*) *N* superbę uictis *L*: *correxerunt vg. et Salmasius* insuper 'uae uictis' *Iahnius, at praecedit* adhuc *et v. Livius V 48, 9* ‖ 16 cicidit *L* ‖ 17 inmundatione *B* | agere — videatur (*p. 26, 1*) *om. I* ‖ 18 immortalibus *C* | tanttę (*tertiam* t *expunxit m. ead.*) *L* ‖ 20 illut *N* ‖ 21 acdeorum (c *supra versum m. ead.*) *L* | domicilium *B*

19 obruta, sed expiata potius et lustrata videatur? igitur
post adsertam a Manlio, restitutam a Camillo urbem acrius
etiam vehementiusque in finitimos resurrexit.

VIII. BELLA GALLICA.

Ac primum omnium illam ipsam Gallicam gentem non
contentus moenibus expulisse, cum per Italiam naufragia
sua latius traherent, sic persecutus est duce Camillo, ut
20 hodie nulla Senonum vestigia supersint. semel apud
Anienem trucidati, cum singulari certamine Manlius aureum
torquem barbaro inter spolia detraxit, unde Torquati.
iterum Pomptino agro, cum in simili pugna Valerius in-
sidente galeae sacra alite adiutus tulit spolia et inde
21 Corvini. nec non tamen post aliquot annos omnis reli-
quias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella
delevit, ne quis extaret ex ea gente, qui incensam a se
Romanam urbem gloriaretur.

I 1 pastorum quondam casa urbis enituit *post* igitur *add. I* ‖ 2 assertam *LI* | amillio *B* a manilio *N* a manlio *L* | faciem *post* manlio *add. I* | restitutam (tu *supra versum m. ead.*) *L* restitutamque *I* ‖ 3 uʽeementiusque (*spiritum add. m. 1*) *B* | finimos *B* ‖ 5 Ac — gentem *om. I* | nec tamen contenti Romani suis eos moenibus expulisse *I* ‖ 6 moenibus (b *ex* t *correcta m. 1*) *B* | cum *in* quum *mutavit* B^1 | naufragiam (m *expunxit m. 1 et punctum quod infra* a *posuerat delevit*) *N* ‖ 7 traeret *in* traerent *mutavit* B^1 traheret *C* | persecuti sunt *I* | ductante *I* ‖ 8 odiae *I* | se nouum *B* senonum B^1 | festigia *in* uestigia *mutavit B* | apud (d *correcta ex* t) *B* aput *N* ‖ 9 sunt *post* trucidati *add. L* | trucidaticum (trucidati *et* cum *separavit m. 1* a *supra posteriorem* u *erasit*, c *fortasse ex* g *correxit*) *B* | aureum (a *supra posteriorem* u *posuit m. 2*) *N* ‖ 10 inde *C* | et torquatus est dictus *I* ‖ 11 pontino *L* | ·l· ualerius *C* | insequente *L* ‖ 12 galææ (*secundam* a *expunxit m. 1*) *N* gallo *L* | rettulit *NI* retulit *L*, *cf. p. 23, 15* | et inde coruini] dictusque est ipse coruinus *I* ‖ 13 coruinii *N* | nec non *om. L* | aliquod *AN* | omnes *CI* ‖ 14 etruriam *N* | uadi montis *I* | dolla bella *in* dolabella *mutavit* N^1 ‖ 15 exstaret *L* | in ea *C* | quae *AN* qui *L* uel qui N^2 *in margine* ‖ 16 Romam *vg. et Iahnius*

VIIII. BELLVM LATINVM.

Conversus a Gallis in Latinos Manlio Torquato Decio 14
Mure consulibus, semper quidem aemulatione imperii in-
festos, tum vero contemptu urbis incensae, cum ius civi-
tatis partem imperii et magistratuum poscerent, aput
Capuam proeliis congredi audentes. quo tempore quis
cessisse hostem mirabitur? cum alter consulum filium 2
suum, quia contra imperium pugnaverat, quamvis victorem
occiderit ostenderitque plus esse in imperio quam in
victoria; alter quasi monitu deorum capite velato primam 3
ante aciem diis manibus se devoverit, ut in confertissima
se hostium tela iaculatus novum ad victoriam iter san-
guinis sui limite aperiret.

X. BELLVM SABINVM.

A Latinis adgressus est gentem Sabinorum, qui im- 15
memores factae sub Tito Tatio adfinitatis quodam contagio

I 1 BELLUM ITALICUM · *L* ‖ 2 *post* Conuersus *supra versum* scilicet est.r. p. *N*² | *pro* Conuersus — plus esset (*p. 28, 5*) *I ponit*: conversoque a Gallis Manlio Torquato Latini experti sunt et devicti. indeque Savini, qui eorum bellis (*sic cdd.*) socii ductante Tatio extitissent, a Curio Dentato consule subiecti, eorumque loca a Varanio fonte in Adriano tenus mari igni ferroque vastata, tantumque Romano populo addit opes ut ‖ 3 consule *B* cos̃ *N* cum sulibus *L* | inperii *N* | et magistratuum *ante* infestos *add. L* ‖ 4 contemptu (o *correcta ex* u) *L* | incensae (en *in rasura m. 1*) *B* ‖ 5 pari imperio *A* | magistratum *B* et magistratu *Mommsenus* | apud *B* ‖ 6 quam *BL* quam *in rasura N*¹: *correxit Iahnius* ab iis quibuscum prius numquam congredi auderent *E. Schwarzius ind. lect. Rostoch. aest. 1889 p. 4* | amplius *B* amplius quam *C*: *correxit Mommsenus* | comgredi (m *in* n *mutavit m. 1*) *N* | auderent: *correxit Mommsenus, an* apud Capuam autem proeliis congredi auderent? ‖ 7 cum sulum *L* ‖ 8 pugnauerat *L Voss. Rehd. Monac. Palat.* repugnauerat *B* pugnauerit *N* depugnaverat? ‖ 9 hostenderet *B* ostenderit *om. C* | que *B* quia *C* | esset *BC* | in *supra versum N*¹ | in *supra versum B* ‖ 11 deuoluerit (l *expunxit m. 1*) *N* | ut *om. N* | consertissima *L* ‖ 13 suis *N* | limite *B* semita *C* ‖ 15 aggressus *L* | scilicet r. p. *supra* est *N*² ‖ 16 subito *in* subtito *correxit B* | afinitatis *L* | contagione *N*

2 bellis se Latinis adiuncxerant. sed Curio Dentato consule
omnem eum tractum, qua Nar Anio fontes Velini, Hadriano
3 tenus mari igni ferroque vastavit. qua victoria tantum
hominum, tantum agrorum redactum in potestatem ut in
utro plus esset nec ipse posset aestimare qui vicerat.

XI. BELLVM SAMNITICVM.

16 Precibus deinde Campaniae motus non pro se, sed eo
2 speciosius pro sociis Samnitas invadit. erat foedus cum
utrisque percussum, sed hoc Campani sanctius et prius
omnium suorum deditione fecerunt; sic ergo Romanus
bellum Samniticum tamquam sibi gessit.

3 Omnium non modo Italiae, sed toto orbe terrarum
pulcherrima Campaniae plaga est. nihil mollius caelo:
denique bis floribus vernat. nihil uberius solo: ideo
4 Liberi Cererisque certamen dicitur. nihil hospitalius mari:
hic illi nobiles portus Caieta Misenus, tepentes fontibus
5 Baiae, Lucrinus et Avernus, quaedam maris otia. hic
amicti vitibus montes Gaurus Falernus Massicus et pul-
6 cherrimus omnium Vesuvius, Aetnaei ignis imitator. urbes

I 1 bello *in* belli *mutavit L* | adiuncxerat *B* adiunxerant *L* | demtato *N* ‖ 2 anio] abit *L* | fontesue lini *B* fontes que uel ini (uelini *in margine adscripsit m. 2*) *N* fontesque uelini *L* *cf. Verg. Aen. VII 517* | hadriatico tentus *N* hadriacotenus *L* ‖ 3 igne *C* | ferroque (*prior* r *in rasura*) *B* | uastabit *B* | tantum hominum *om. B* ‖ 4 est *post* redactum *add. B* ‖ 7 Praebus *N* Precibvs (e *sup. vers.*) *L* | denique *L* | eo speciosius *om. I* ‖ 8 speciosus *B* | sannitas *L* | inuasit *L* | erat — gessit (*v. 11*) *om. I* ‖ 10 deditionem *B* ‖ 11 tanquam *L* ‖ 12 namque *ante* non *add. I* | italiae tantum sed pene toto *I* ‖ 13 pulcherma *in* pulcherrima *mutavit N*¹ ‖ 14 cęlo *in* solo *mutavit L* | ibdeo (b *expunxit m. ead.*) *L* ‖ 15 uenerisque *L* | hospitalibus *in* hospitalius *mutavit B*¹ ‖ 16 hinc (n *supra versum m. 1*) *B* | gaieta *Iordanis cdd. Heidelb. Palat. Valenc.* gaieza *Iordanis cod. Laurent.* | mesenos *I* | et *ante* tepentes *add. C* ‖ 17 lucricnus (*posteriorem* c *expunxit m. 1*) *N* | ostia *L* hostia *I* ‖ 18 amici *B* | caurus *I* ‖ 19 omnium] cunctorum *I* | ueseuius *L* uesubius *Iordanis cdd. Heidelb. Palat. Valenc.* besubius *Iordanis cod. Laur.* | ęthnaei (h *add. m. 2*) *N* ęthnęi *L* ethnei *I*

ad mare Formiae Cumae, Puteoli Neapolis, Herculaneum
Pompei, et ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres
maximas numerata. pro hac urbe, his regionibus populus 7
Romanus Samnitas invadit, gentem, si opulentiam quaeras,
aureis et argenteis armis et discolori veste usque ad
ambitum ornatam; si fallaciam, saltibus fere et montium
fraude grassantem; si rabiem ac furorem, sacratis legibus
humanisque hostiis in exitium urbis agitatam; si pertina-
ciam, sexies rupto foedere cladibusque ipsis animosiorem.
hos tamen quinquaginta annis per Fabios ac Papirios 8
patres eorumque liberos ita subegit ac domuit, ita ruinas
ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio
requiratur nec facile appareat materia quattuor et viginti
triumphorum. maxime tamen nota et inlustris aput Cau- 9
dinas furculas ex hac gente clades Veturio Postumioque
consulibus accepta est. cluso per insidias intra eum sal- 10
tum exercitu, unde non posset evadere, stupens tanta
occasione dux hostium Pontius Herennium patrem con-
suluit. et ille, mitteret omnes vel occideret, sapienter ut 11
senior suaserat, hic armis exutos mittere sub iugum maluit,
ut nec amici forent beneficio et post flagitium hostes

I 1 at *C* | forme. *L* | Neapolis *om. I* | herculanium *B* ‖ 3 maximas (s *correcta ex* m) *B* | romam carthaginemque (cartaginemque *L*) *post* maximas *add. A C*: *interpolationem Isidoro orig. XV 1, 64 antiquiorem del. Hauptius* | numeranda *I* ‖ 4 inuasit *C* | si (i *infra versum add. m. 1*) *N* | queris *L* ‖ 5 armatam misit discolori *N* | armis — ambitum *om. L* | ad (d *correcta ex* t *m. 1*) *N* ‖ 6 ambituum (*posterior.* u *linea transfixa et m. 1 erasa*) *B* | armatam *BL Monac. Palat. om. N*: *correxerunt libri Pauli dett.* (ornatum *mell.*), *Iordanis cod. Bambergensis* (armatam *cett.*), *Heinsius* ‖ 7 crassantem *NI* | rabiem hac *B* | sacris *A* ‖ 9 claudibusque (*prima* u *erasa*) *N* ‖ 10 Nos *L* | ac] et *CI* ‖ 12 ipsa *C* | samnio (o *correcta ex* um *m. 1*) *B* ‖ 14 illustris *L* | ex hac gente clades *post* inlustris *C* | apud *L* ‖ 15 fur gulas *B* forculas *I* | glades *B* cladis *I* ‖ 16 clauso *C* clusum *I* | enim *ante* per *add. L* ‖ 17 exercitu (u *correcta ex* o *m. 1*) *B* exercitu (i *radendo facta ex* u) *L* exercitum *I* ‖ 18 occansione *B et codd. Pal. Val. Iordanis* occassione *C ceteri Iordanis codd.* | ostium *I* | herineum *I* | patrum *L* ‖ 21 et (e *correcta ex* u) post *L* | flagitium (*posterior* i *supra versum*) *B*

12 magis. itaque et consules statim magnifice voluntaria
deditione turpitudinem foederis dirimunt, et ultionem
flagitans miles Papirio duce — horribile dictu — strictis
ensibus per ipsam viam ante pugnam furit; et in con-
gressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit. nec
prius finis caedibus datus, quam iugum et hostibus et
duci capto reposuerunt.

XII. BELLVM ETRVSCVM SAMNITICVM GALLICVM.

17 Hactenus cum singulis gentibus, mox acervatim; sic
quoque par omnibus fuit. Etruscorum duodecim populi,
Vmbri in id tempus intacti, antiquissimus Italiae populus,
Samnitium reliqui in excidium Romani nominis repente
2 coniurant. erat terror ingens tot simul tantorumque po-
pulorum. late per Etruriam infesta· quattuor agminum
3 signa volitabant. Ciminius interim saltus in medio, ante
invius plane quasi Caledonius vel Hercynius, adeo tum
terrori erat ut senatus consuli denuntiaret ne tantum
4 periculi ingredi auderet. set nihil horum terruit ducem.

I 1 uolumtaria *B* ‖ 2 tur pitudinem (p *deleta ante* p) *B* | phoederis *B* ‖ 3 horribilis *L* orribile *I* | dictus (s *expunxit m. 1*) *N* | structis *B* ‖ 4 sensibus (*primam* s *expunxit m. 1, ut videtur*) *N* ensamis *in* ensibus *mutavit L* | fuit: *corr. Rehd.* it *Monac.* iit *Palat.* ‖ 6 iugum sibi promissum romani et duci samnitum et hostibus reposuerunt *I* ‖ 7 reposuerunt (o *correcta ex* u) *L* ‖ 8 SANNITICUM · *L* ‖ 9 populus romanus *post* Hactenus *add. B* populo romano *N* populo romano bellum *L om. I, v. ad p. 27, 1; 15; 28, 7* | gentium *C* | cateruatim *I* | sictamen quoque *B* sic tamen coque *I* ·tamen· sic quoque *C*: *corr. Iahnius, cf. I 18, 28; II 16, 5; 20, 5; 33, 56* ‖ 10 duodecem *I* | populium bi *in* populi umbri *mut. B*[1] ‖ 11 umbrii *I* ‖ 12 sānitum *L* | Samnium Gallique *Freinshemius* ‖ 13 coniurant. erat terror *CI* coniuranter atter tir *B* coniurantes accersitis *B*[1] ‖ 14 late] a latere *C* | per *om. C* | infestam *N* ‖ 15 uolitabant (nt *in rasura m. 1*) *N* | Cyminius *Rehd. m. 2 saec. XVI* geminius *AN* Geminus *L Monac Palat.* ‖ 16 calydonius *NI* calidonius *L* | herquinius *A* hęrcinius *L* | tunc *C om. I* ‖ 17 terror *I* | erant *B* ‖ 18 sed (d *correcta ex* t) *B* sed *CI*

quin fratre praemisso explorat accessus. ille per noctem
pastorio habitu speculatus omnia refert tutum iter. sic 5
Fabius Maximus periculosissimum bellum sine periculo
explicuit. nam subito inconditos atque palantis adgressus
est captisque superioribus iugis in subiectos suo iure
detonuit. ea namque species fuit illius belli, quasi in ter- 6
rigenas e caelo ac nubibus tela iacerentur. nec incruenta 7
tamen illa victoria. nam oppressus in sinu vallis alter
consulum Decius more patrio devotum diis manibus optulit
caput, sollemnemque familiae suae consecrationem in victoriae pretium redegit.

XIII. BELLVM TARENTINVM.

Sequitur bellum Tarentinum, unum quidem titulo et 18
nomine, sed victoria multiplex. hoc enim Campanos Apulos atque Lucanos et caput belli Tarentinos, id est totam Italiam et cum his omnibus Pyrrhum, clarissimum Graeciae regem, una veluti ruina pariter involvit, ut eodem tempore et Italiam consummaret et transmarinos triumphos
auspicaretur. Tarentos, Lacedaemoniorum opus, Calabriae 2

I 1 exploraret *A* exploret *L* | accensos *I* ‖ 2 pastorali *A*, *at v. I 15; 18, 4; 47, 2* | tum iter *N* Tum (*om.* iter) *L* | 3 bello *in* bellum *mut. L* | sine *om. C* ‖ 4 explicauit *C* | palantes *AN²L* | aggressus *L* ‖ 5 subiectos (*posterior* s *supra versum m. 1*) *B* sub iectos (*posterior* s *supra versum m. 2*) *N* | suo more *L Monac. Palat.* Iovis more *Lipsius* sine more *Heinsius* summo timore *Dorleans, at v. II 5, 3* ‖ 7 ac *om. B* ‖ 9 consolum *I* ‖ 10 solem nemque *in* sollemnemque *mutavit B¹* sollemnemque (*prior* l *supra versum m. 1*) *N* sollempnemque *L* ‖ 11 peregit *B* ‖ 12 BELLŨ ∗ (*erasa est* M) TARENTINUM ·,· (M *in rasura*) *N* ‖ 13 Necdum etrusco bello exempto mox sequitur tarentinum *I* | titulo *om. I* | in nomine *I* ‖ 14 set (t *in* d *mutavit m. 1*) *B* | multiplex in uictoriis *I* ‖ 15 adque (d *in* t *mutavit m. 1*) *N* | id est] idĕ *L* | pene *post* totam *add. I* ‖ 16 his *B¹I* iis *B* istis *C* | pyrrum *LI* | epyrotarum *ante* greciae *add. I* ‖ 17 ut eorum *L* ‖ 18 consumaret *L* ‖ 19 auspicatur *L* | tarentos *N* tarentum *N²* Tarentus (r *correcta ex* l *m. 1*) *B* Tarentus *LI* | calibriae *in* calabriae *mutavit B¹*

quondam et Apuliae totiusque Lucaniae caput, cum magni-
tudine et muris portuque nobilis, tum mirabilis situ.
3 quippe in ipsis Hadriani maris faucibus posita in omnis
terras, Histriam Illyricum, Epiron Achaiam, Africam Siciliam
vela dimittit. imminet portui ad prospectum maris posi-
tum maius theatrum, quod quidem causa miserae civitati
4 fuit omnium calamitatum. ludos forte celebrabat, cum
adremigantes litori Romanas classes vident atque hostem
5 rati emicant, sine discrimine insultant. qui enim aut
unde Romani? nec satis. aderat sine mora querellam
ferens legatio. hanc quoque foede per obscenam tur-
6 pemque dictu contumeliam violant; et hinc bellum. sed
apparatus horribilis, cum tot simul populi pro Tarentinis
consurgerent omnibusque vehementior Pyrrhus, qui semi-
graecam ex Lacedaemoniis conditoribus civitatem vindi-
caturus cum totis viribus Epiri Thessaliae Macedoniae
incognitisque in id tempus elephantis mari terra, viris
equis armis, addito insuper ferarum terrore veniebat.
7 aput Heracleam Campaniae fluviumque Lirim Laevino con-
sule prima pugna, quae tam atrox fuit ut Ferentanae

I 1 apulianę (*virgulam infra* e *add. m. 1*) *B* ‖ 2 nobiles *I* | mirabili *A* ‖ 3 hadriatici *N* adriatici *L* adriae *I* | omnis *N* omnibus *B* omnes B^1N^2LI ‖ 4 hystriam *BL* | ylliricum *L* | epirum *C* epyron *I* ‖ 5 uel admittit *in* uela dimittit *mutavit* B^1 mittit *L* ‖ 6 maius *om. A* | theathrum *B* | ciuitati] cupiditatis *I* ‖ 7 calamitatium *B* | celebrabant (n *supra versum*) *L* | cum *in* quum *mutavit* B^1 ‖ 8 remigantes *L* | litore *A* | romanam classem *I* | ostem *I* ‖ 9 et *ante* insultant *add. I* ‖ 10 quaerellam (*posteriorem* l *erasit m. 1*) *B* querellam *L* querillam *I* ‖ 11 foedere *B* | opscenam (b *supra* p *posuit m. 2*) *B* ‖ 12 Exhinc *L* ‖ 13 pro tarentinis] portarent · in his *N* ‖ 14 cum surgerent *L* | que *om. L* | ueementior *B* ueementior B^1 | phyrrhus (*priorem* h *inter scribendum lineola transfixam postea erasit m. 1*) *B* pyrrus *CI* | quis eamigrecam in *qui* semigraecam *mutavit* B^1 ‖ 16 totius *C* | eperi *B* epyri B^1NI ‖ 17 elefantis *LI* ‖ 18 ferrarum (*primam* r *erasit m. 1*) *B* ‖ 19 Apud *LI* | eracleam *A* | et *ante* campaniæ *add. C* | Heracleam et fluvium Sirim *Sauppius reliquis omissis, at v. Orosius IV 1, 8* | que *om. C* | lirim *in* lyrim *mutavit* B^2 lirem *I* | consulibus *L* ‖ 20 atrox (a *correcta ex* u *m. 1*) *B* | ferent aneae (*partes vocabuli coniunxit m. 1*) *B*

turmae praefectus Obsidius invectus in regem turbaverit
coegeritque proiectis insignibus proelio excedere. actum 8
erat, nisi elephanti converso in spectaculum bello pro-
cucurrissent, quorum cum magnitudine tum deformitate
et novo odore simul ac stridore consternati equi, cum
incognitas sibi beluas amplius quam erant suspicarentur,
fugam stragemque late dederunt. in Apulia deinde aput 9
Asculum melius dimicatum est Curio Fabricioque consu-
libus. iam quippe terror beluarum exoleverat, et Gaius
Numicius quartae legionis hastatus unius proboscide ab-
scisa mori posse beluas ostenderat. itaque in ipsas pila 10
congesta sunt et in turres vibratae faces tota hostium
agmina ardentibus ruinis operuerunt. nec alius cladi finis
fuit quam nox dirimeret, postremusque fugientium rex
ipse a satellitibus umero saucius in armis suis referretur.
Lucaniae suprema pugna sub Arusinis, quos vocant, cam- 11

I ferrent aneae (*partes vocabuli coniunxit m. 2*) *N* ferentaneę *L* forentanee *I* ‖ 1 ossidius *B* opsidius *N* ‖ 2 coegeritque *in* coigeretque *mutavit N*² | proiectus *L* | factum *C* ‖ 3 elefanti *LI* | conuersi *N* cum uersi *L* | spec. taculum (*ante* taculum *una vel duae litt. deletae*) *N* spectaculo *I* | belli *L* | procurrissent *L* ‖ 5 simul hac *B* | consternati · qui *C* | cum *in* quum *mutavit B*¹ ‖ 6 belluas (*priorem* l *erasit m. 1*) *B* | erant (n *supra versum m. 1*) *N* ‖ 7 apud *LI* ‖ 9 beluarum terror *L* | belluarum *B* ‖ 10 hastatus (h *supra versum m. 2*) *N* astutus *L* astatus *I* | unius] primus *Ouwensius Noct. Hag. p. 314* | proboscide *in* promuscide *mutavit B*² promos chide *in* promvschide *mutavit N*² promoschide *L* promoscide *I* | abscida *in* abscisa *mutavit B*¹ ‖ 11 belluas (*priorem* l *expunxit et erasit m. 2*) *B* | hostenderat (h *erasa*) *B* ostenderet *I* | et *ante* in *add. C* | ipsos *I* | 12 congestata *N* | faces (s *add. m. 1*) *B* ‖ 13 hagmina (g *correcta ex* c *m. 1*) *B* | citius *Sauppius* alias *Salmasius* ante *vg.* prius *Mommsenus* | gladi *in* cladi *mutavit N*² ‖ 14 dirimeret *om. L* ‖ 15 ipserex *C* | a *om. C* | humero *BL* umeros (id est per *supra scripsit m. 2*) *N* | saucibus (b *inter scribendum linea transversa transfixum postea erasit m. 1*) *B* augius *N* | sine (e *supra versum m. 2*) armis *N* ‖ 16 sybarus (a *correcta ex* o) inis *B* sybarusinis *B*¹ subarusinis *L* sybaros (*vel* subaros) in his *I* fuit Arusinis *Mommsenus* [sub] Arusinis *Baehrensius, at v. I 40, 27; Ovid. trist. I 3, 19*

pis ducibus isdem quibus superius; set tum tota victoria.
12 exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. nam pro-
vectis in primam aciem rursus elephantis unum ex his
pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit; qui cum
per stragem suorum recurrens stridore quereretur, mater
agnovit et quasi vindicaret exiluit, tum omnia circa quasi
13 hostilia gravi mole permiscuit. ac sic eaedem ferae, quae
primam victoriam abstulerunt, secundam parem fecerunt,
14 tertiam sine controversia tradiderunt. nec vero tantum
armis et in campo, set consiliis quoque et domi cum
rege Pyrrho dimicatum est. quippe post primam victoriam
intellecta vir callidus virtute Romana statim desperavit
15 armis seque ad dolos contulit. nam interemptos cremavit
captivosque indulgenter habuit et sine pretio restituit
missisque legatis in urbem omni modo adnisus est ut
16 facto foedere in amicitiam reciperetur. sed bello et pace,
foris et domi omnem in partem Romana virtus tum se
adprobavit nec alias magis quam Tarentina victoria ostendit
populi Romani fortitudinem, senatus sapientiam, ducum
17 magnanimitatem. quinam illi fuerunt viri quos ab ele-
phantis primo proelio obtritos accepimus? omnium vulnera

I 1 hisdem B^2I | qui *C* | sed BN^2L | tunc *C* | totius uictoriȩ *L* ‖ 2 pro ductis *C* ‖ 3 lusus *in* rursus *mutavit* B^1 | elefantis *LI* | eis *B* ‖ 5 percurrens *C* ‖ 6 uindicare *I* | exiliit *I* | circvm N^2 ‖ 7 graui mole] circa more *N* | ac si *B* | caedem *B* eadem (a *in* e *mutavit m. 2*) *N* aedem *codd. Heid. Pal. Iordanis* ‖ 8 abstulerant *C* | fecerant *L* ‖ 9 tantis *B* ‖ 10 nec in *B* | campis *C* campos *I* | sed *I* | sedet inconsiliis *L* | et domi coque *I* | intra urbem *ante* cum *add. AC delevit Iahnius* ‖ 11 pyrro *NI* pirro *L* | post primam] postrema *B* | uictoriam rex callidus intellecta *C* ‖ 12 uir callidus *om. I* | romana uirtute *I* ‖ 14 ʰabuit *B* ‖ 15 missique *B* | dein *ante* legatis *add. C* | annisus *LI* ‖ 16 facto foedere *om. L* | phoedere *B* | amicitia *B* | et *ante* bello *add. A* ‖ 17 et *ante* foris *add. A*, *at cf. p. 41, 6* | tunc *L* ‖ 18 approbauit *BL* | alicas (*litteris evanidis, sed certis*) *N* alia *A* alias *L* | hostendit (h *expunxit m. 1*) *B* ‖ 19 romani *om. L* ‖ 20 quinam — non caperet (*p. 36, 11*) *om. I* | abelefantis *L* ‖ 21 obriuos *L*

in pectore, quidam hostibus suis morte sua conmortui,
omnium in manibus ensis, et relictae in voltibus minae,
et in ipsa morte ira vivebat. quod adeo Pyrrhus miratus 18
est ut diceret 'o quam facile erat orbis imperium occu-
pare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis!'
quae autem eorum qui superfuerunt in reparando exer- 19
citu festinatio? cum Pyrrhus 'video me' inquit 'plane
procreatum Herculis semine, cui quasi ab angue Lernaeo
tot caesa hostium capita quasi de sanguine suo renascun-
tur.' qui autem ille senatus fuit? cum perorante Appio 20
Caeco pulsi cum muneribus suis ab urbe legati inter-
roganti regi suo, quid de hostium sede sentirent, urbem
templum sibi visam, senatum regum esse consessum con-
fiterentur. quid porro ipsi duces? vel in castris, cum 21
medicum venale regis caput offerentem Curius remisit,
Fabricius oblatam sibi a rege imperii partem repudiavit;
vel in pace, cum Curius fictilia sua Samnitico praeferret 22
auro, Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum con-
sularem virum quasi luxuriam censoria gravitate damnaret.
quis ergo miretur is moribus, ea virtute militum victorem 23
p. R. fuisse, unoque bello Tarentino intra quadriennium

1 impectore *L* | morte sua conmortui] inmortui *N* immortui *L* ‖ 2 enses *C* | uultibus *BL* ‖ 3 pyrrus *L* ‖ 5 datis *ante* aut *add. B* ‖ 6 qui superfuerunt *om. B*, *at v. p. 31, 20* | exeritu *in* exercitu *mutavit B* ‖ 7 pyrrus *L* | uideo me *L Voss. Rehd. Palat.* idem omne *BN* idem o me *Cracov.* | planeherculis sidere procreatum *N* plane herculis sidere pro creatum *L* ‖ 8 aban guelerneo (r *m. 1 in rasura*) *B* | el ernaeo *in* lernaeo *mutavit* N^2 ‖ 9 quasi *om. C fortasse recte* | suo *om. L* ‖ 10 perortante *L* ‖ 11 muneribus (u *m. 1 in rasura*) *B* ‖ 13 regnum *C* | deum *ante* esse *add. N* | consessum *add. vg. v. Plutarchus Pyrrh. 19 Livius IX 17, 14* | cum fiterentur *L* ‖ 14 qui *C* | cum *B* quod *C*, *an* quom *legendum?* ‖ 15 medicum (di *supra versum m. 1*) *L* | pyrrhi *post* regis *add. N* pirri *L* | ad ferentem *N* afferentem *L* ‖ 16 oblata *B* | parte *B* ‖ 17 cum *in* quum *mutavit* B^1 ‖ 18 aargenti *B* | consolarem *B* cum sularem *L* | 19 dampnaret *L* ‖ 20 his: *correxi* | ea *om. C* | uirtutem illi tum *N* uirtutvmillitum N^1 | militia *L* | uictorem *C* exercitum *B* ‖ 21 p̄. r̄. *Voss.* R̄ · P̄ *Palat.* populi romani (*ultima* i *correcta ex* o) *B* populum romanum *C* | quadriumennium (*prius* um *expunxit m. ead.*) *L*

maximam partem Italiae, fortissimas gentes, opulentissimas
24 urbes uberrimasque regiones subegisse? aut quid adeo
fidem superet, quam si principia belli cum exitu con-
ferantur? victor primo proelio Pyrrhus tota tremente
Campania Lirim Fregellasque populatus prope captam
urbem a Praenestina arce prospexit et a vicensimo lapide
25 oculos trepidae civitatis fumo ac pulvere implevit. eodem
postea bis exuto castris, bis saucio et in Graeciam suam
trans mare ac terras fugato, pax et quies et tanta de
opulentissimis tot gentibus spolia ut victoriam suam Roma
26 non caperet. nec enim temere ullus pulchrior in urbem
27 aut speciosior triumphus intravit. ante hunc diem nihil
praeter pecora Vulscorum, greges Sabinorum, carpenta
Gallorum, fracta Samnitium arma vidisses; tum si captivos
aspiceres, Molossi Thessali Macedones, Bruttius Apulus
atque Lucanus; si pompam, aurum purpura signa tabulae
28 Tarentinaeque deliciae. sed nihil libentius populus Ro-
manus aspexit quam illas, quas timuerat, cum turribus
suis beluas, quae non sine sensu captivitatis summissis
cervicibus victores equos sequebantur.

I 1 gentes opulentissimas *om.* *B* ‖ 2 subegisse] in dicionem redegisse *N* inditionem redegisse *L* ‖ 3 exitur (r *expunxit m. 1*) *L* ‖ 4 pyrrus *L* | totam trementem campaniam *L* ‖ 5 campaniam (m *expunxit m. 1*) *N* | liriam *L* | fregeylasque *in* fregellasque *mut.* *L* ‖ 6 XX (o *vel* mo *sup. numerum*) *C* ‖ 7 trepidae (*ante* t *erasa* s) *B* | ac *om.* *L* ‖ 9 eterris *L* | fugato o) *correcta m. 1 ex* is) *B* | set (d *supra* t *posuit m. 2*) tanta *N* | de opulentissimis (*post priorem* e *erasa est* c) *N* ‖ 10 ut] aut *in* ad *mutavit* N^2 ‖ 11 nec alius pulchrior (*ceteris omissis*) *I* | tenere (n *in* m *mutavit m. 1*) *B* | pulchrior (h *supra versum*) *B* pulchrior (r *supra versum m. 1*) *N* ‖ 12 nihil nisi quasi pecora *N* nichil nisi pecora *L* ‖ 13 uulschorum *B* | sauinorum *I* ‖ 14 samnitum *N* samnita (a *in* um *mutavit m. ead.*) *L* | uidisset *I* ‖ 15 aspiceres (*posteriorem* s *add. m. 1*) *B* | aspicerem olossi *in* aspiceres molossi *corr.* N^1 | thessali (*prior* s *supra versum*) *B* tes. sali *in* thessali *mut.* N^1 thessales *I* | bruttius *A C* brittius B^1 ‖ 16 adque *B* | pompas *C* ‖ 17 et arentinaeque (*primam* e *expunxit m. 2*) *N* tarentinaequae (*secunda* e *supra versum*) *B* | diliciae *I* | nihil *om.* *B* | labentius *L* ‖ 18 ita (i *supra versum m. 1*) *post* quas *add.* *N* ‖ 19 belluas (*posteriorem* l *erasit m. 1*) *B*

XIIII. BELLVM PICENS.

Omnis mox Italia pacem habuit — quid enim post 19
Tarenton auderent? — nisi quod ultro persequi socios
hostium placuit. domiti ergo Picentes et caput gentis 2
Asculum Sempronio duce, qui tremente inter proelium
campo Tellurem deam promissa aede placavit.

XV. BELLVM SALLENTINVM.

Sallentini Picentibus additi caputque regionis Brun- 20
disium inclito portu M. Atilio duce. et in hoc certamine
victoriae pretium templum sibi pastoria Pales ultro poposcit.

XVI. BELLVM VOLSINIENSE.

Postremi Italicorum in fidem venere Volsinî, opulen- 21
tissimi Etruscorum, inplorantes opem adversus servos
quondam suos, qui libertatem a dominis datam in ipsos

I 1 PYCENSE *B* PICENS (i *inter* N *et* S *supra versum inseruit m. 1*) *N* ‖ 2 Omnis — placuit *om. I* | Omnis (i *correcta ex* e) *B* | mox (x *in rasura trium litterarum*) *B* | ᷇abuit (*spiritum add. m. 1*) *B* | quit (d *supra* t *m. 1*) *N* ‖ 3 tarenton *in* tarentvm *mutavit B*[1] tarentum *C* | moliri *ante* auderent *add. B*[1] | persequi (*litterae* er *perierunt in foramine*) *B* ‖ 4 Post tarentinam cladem domiti picentes *I* | picentes (c *correcta ex* t *m. 1*) *B* | gentis (i *correcta ex* e) *B* ‖ 5 asculum (s *supra versum m. 2*) *N* | a *ante* sempronio *add. I* | Quit remente *L* ‖ 6 placauit (auit *correxit m. 1 ex* et, *ut videtur*) *B* ‖ 7 SALENTINVM *L* ‖ 8 Sallentini (*posterior* l *supra versum m. 1*) salentini *IL* | uero *ante* picentibus *add. I* | pincentibus (*prior* n *supra versum addita, sed postea erasa est*) *N* | regionibus *C* his regionibus *I*, *at v. p. 29, 2; 31, 15; 32, 1; 37, 4; 45, 16; alios locos* ‖ 9 inclyto *NI* | portu. atilio (io *correxit m. 1 ex* ius, *ut videtur*) *B* portu matilio *C* post uatilio *I* | et *om. B* ‖ 10 pastor apales (*vel* appales) *I* ‖ 11 UULSINIENSE *B* ‖ 12 Postremi (i *correcta ex* o *m. 1*) *B* | in fide mansere *N* infidi mansere *L* | uulsinii *B* uulsini *I* ‖ 14 ab hominis *in* a dominis *mut. B*[1] | inipsos (o *correcta ex* i) *L*

erexerant translataque in se re p. dominabantur. sed hi quoque duce Fabio Gurgite poenas dederunt.

XVII. DE SEDITIONIBVS.

22 Haec est secunda aetas populi Romani et quasi adu-
lescentia, qua maxime viruit et quodam flore virtutis
exarsit ac ferbuit. itaque inerat quaedam adhuc ex
pastoribus feritas, quiddam adhuc spirabat indomitum.
2 inde est quod exercitus Postumium imperatorem infi-
tiantem quas promiserat praedas facta in castris seditione
lapidavit, quod sub Appio Claudio noluit vincere hostem,
cum posset, quod duce Volerone detrectantibus plerisque
3 militiam, fracti consulis fasces. inde clarissimos principes,
quod adversarentur voluntati suae, exulatione multavit, ut
Coriolanum colere agros iubentem — nec minus ille fero-
citer iniuriam armis vindicasset, nisi quod iam inferentem
4 signa filium mater Veturia lacrimis suis exarmavit; ut
ipsum Camillum, quod inique inter plebem et exercitum
divisisse Veientem praedam videretur — sed hic melior in
capta urbe consenuit et mox supplices de hoste Gallo
5 vindicavit. cum senatu quoque vehementius aequo bono-

I 1 erexerant (*prior* r *correcta ex* v) *L* | se re re ·p̃· *B* || 2 sabio *B* || 4 Haec est — dimicaretur (*p. 42, 17*) *om. I* | adolescentia (o *correcta ex* u *m. 1*) *B* aduliscentia *N* || 6 et *post* ex arsit *add. N* | hac ferbuit *B* acferuuit (d *supra* c *pos. m. 1 et priorem* u *in* b *mut.*) *N* ac feruit *L* | ita quae *vg.* atquin *Baehrensius* || 7 quiddam (*prior* d *supra versum m. 1*) *B* | adhuc *om. C seclusit Halmius, sed ipse comparat p. 35, 8 sq.* | 8 posthumium (h *supra versum m. 1*) *B* || 11 cō posset *L* | uelerone *B* ualerio nero ne *C*: *corr. Cuspinianus* | detractibus *B* || 12 quod *ante* clarissimos *add. C* | princeps *in* principes *mutavit B*[1] || 13 uolumtati *B* | exultatione *in* exulatione *mutavit B*[1] exsulatione (s *expunxit m. 1*) *N* exsulatione *L* 14 colores *in* colere *mutavit B*[1] | iubentem (b *correcta m. 1 ex* l) *B* || 16 signa (a *correcta m. 1 ex* o) *B* || 18 ueentem *L* | haec *B* | uis *ante* in *add. B*, *quod ex* Veis *ortum esse putabat Seebodius* sed hic humilior Veis *Mommsenus* sed hic melior civis *Baehrensius* || 20 u͏̔eementius (*spiritum add. m. 1*) *B*

que certatum est, adeo ut relictis sedibus solitudinem et
interitum patriae suae minaretur.

Prima discordia ob inpotentiam feneratorum. quibus 23
in terga quoque serviliter saevientibus, in sacrum montem
plebs armata secessit aegreque, nec nisi tribunos impe-
trasset, Meneni Agrippae, facundi et sapientis viri, auctori-
tate revocata est. extat orationis antiquae satis efficax 2
ad concordiam fabula, qua dissedisse quondam humanos
dixit artus, quod omnibus opere fungentibus solus venter
inmunis ageret; deinde moribundos ea seiunctione redisse
in gratiam, quando sensissent quod eius opera redactis
in sanguinem cibis inrigarentur.

Secundam in urbe media decemviratus libido con- 24
flavit. allatas a Graecia leges decem principes lecti iubente
populo conscripserant, ordinataque erat in duodecim ta-
bulis tota iustitia, cum tamen traditos fasces regio quodam
furore retinebant. ante ceteros Appius eo insolentiae elatus 2
est ut ingenuam virginem stupro destinaret, oblitus et
Lucretiae et regum et iuris quod ipse conposuerat. itaque 3
cum oppressam iudicio filiam trahi in servitutem videret
Virginius pater, nihil cunctatus in medio foro manu sua
interfecit, admotisque signis commilitonum totam eam do-
minationem obsessam armis in carcerem et catenas ab
Aventino monte detraxit.

3 inpotentia *B* ab inpotentia *Halmius* ‖ 5 pleps *N* | impetrasset (*prius* et *supra versum m. 1*) *N* ‖ 6 menegni *L* | facunda *B* ‖ 7 exstat|to rationis (*tertiam* t *expunxit et* o *cum* r *coniunxit m. 2, ut videtur*) *N* ‖ 8 adcon concordiam *N* | humano (s *add. m. 1*) *B* | interse *ante* quondam *add. C* ‖ 9 fungentibus (*prior* n *correcta ex* r) *B* ‖ 10 immunis *C* | moribundos (*posterior* o *correcta ex* u) *B* | ea seiunctione] aseiunctione *C* ‖ 13 decemiuratus *L* ‖ 14 allatas (*prior* l *supra versum m. 1*) *B* allata *L* ‖ 15 conscripserant (*posteriorem* s *delevit m. 1*) *B* ‖ 16 cum *in* quum *mutavit* B^{1} | traditor. *L* ‖ 17 appios *in* appius *correxit* *B* | insolentiae (*posteriorem* e *erasit m. 1*) *B* ‖ 18 olitus (s *supra versum*) *B* | regum (r *in* l *mutavit m. 1*) *B* ‖ 19 composuerat *L* ‖ 20 cum *in* quum *mutavit* B^{1} | mirahi *in* trahi *correxit* N^{2} ‖ 21 uirginis *L* | manu (*post* u *erasa est* s) *B* ‖ 23 catenas (*posterior* a *correcta ex* i) *L*

25 Tertiam seditionem excitavit matrimoniorum dignitas,
ut plebei cum patriciis iungerentur; qui tumultus in monte
26 Ianiculo duce Canuleio tribuno plebis exarsit. quartam
honorum cupido, ut plebei quoque magistratus crearentur.
2 Fabius Ambustus duarum pater alteram Sulpicio patricii
3 sanguinis dederat, alteram plebeius Stolo sibi iunxit. qua
quodam tempore, quod lictoriae virgae sonum ignotum
penatibus suis expaverat, a sorore satis insolenter inrisa,
4 iniuriam non tulit. itaque nanctus tribunatum honorum
et magistratuum consortium quamvis invito senatui extorsit.
5 Verum in his ipsis seditionibus principem populum
non inmerito suspexeris. si quidem nunc libertatem,
nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, tum honorum
6 decora et insignia vindicavit, interque haec omnia nullius
acrior custos quam libertatis fuit, nullaque in pretium
eius potuit largitione corrumpi cum ut in magno et in
dies maiore populo interim perniciosi cives existerent.
7 Spurium largitione, Cassium agraria lege suspectum regiae
dominationis praesenti morte multavit. ac de Spurio

2 plebes *C* | monte (n *ex* r *correcta m. 1*) *B* ‖ 3 canoleio *in* canuleio *mutavit B* | tr. pl. *N* tribuno . populi *L* ‖ 4 plebes *C* ‖ 5 filiarum *ante* duarum *add. Freudenbergius, at v. Apulei met. V 9* ‖ 6 plebeio . stolo . *N* plebi ostolo *L* | sibi iunxit *om. C quo probato* plebeio Stoloni *Goertzius* | qua *add. Halmius* quae *Salmasius* haec *vg.* qui uxore *vel* Fabia *H. Muellerus* ‖ 7 uictorie *B* | somnum *N* ‖ 9 iniuriam *om. B* | non iniuriam *L* | nanctus nanctus (*posterius del. m. 2*) *N* nactus *BL* ‖ 10 magistratum *B* magistratuum (*posterior* u *supra versum m. 2*) *N* magistratuum (*posterior* u *supra versum*) *L* ‖ 11 his *om. B* | —nibus principem — si quidem (*hoc est unum versum*) *om. L* ‖ 12 immerito *N* | libertatem nunc *om. B* ‖ 13 pudicitiam (*secundam* i *infra versum add. m. 1*) *N* | tum (m *correcta m. 1 ex* nc) *B* | tum *om. C* | bonorum *L* ‖ 14 Inter quę hęc *L* | nullus *B* ‖ 15 custos (o *correcta ex* u *m. 1*) *B* | cum *in* quum *mutavit B*[1] | 16 cum et *B* ‖ 17 exsisterent *L* ‖ 18 Spurium *inseruit Salmasius* Spurium Cassium agraria lege, Maelium largitione *vg.* Cassium agraria lege, Maelium largitione *Halmius* Spurium Maelium frumentaria largitione, Cassium agraria lege *F. E. Koehlerus* | regiae (*prior* e *correcta ex* a *m. 1*) *B* ‖ 19 praesenti (a *inserta inter scribendum*) *B*

quidem supplicium pater ipsius sumpsit, hunc Quincti dictatoris imperio in medio foro magister equitum Servilius Ahala confodit. Manlium vero Capitolii vindicem, 8
quia plerosque debitorum liberaverat altius se et incivilius efferentem, ab illa ipsa quam defenderat arce deiecit.

Talis domi ac foris, talis pace belloque populus R. 9
fretum illud adulescentiae, id est secundam imperii aetatem habuit, in qua totam inter Alpes fretumque Italiam armis subegit.

XVIII. BELLVM PVNICVM PRIMVM.

Domita subactaque Italia populus R. prope quingen- II, 1
tensimum annum agens cum bona fide adolevisset, siquod est robur, siqua iuventas, tum ille vere robustus et iuvenis par orbi terrarum esse coepit. ita — mirum 2
et incredibile dictu — qui prope quingentis annis domi luctatus est — adeo difficile fuerat dare Italiae caput — his ducentis annis qui secuntur Africam Europam Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit.

Igitur victor Italiae populus R. cum ad fretum usque II, 2

1 sumsit *L* | quintii (ntii *in rasura trium vel quattuor litterarum, quarum ultima fuit* m) *B* quinti *C* ‖ 2 seruilius (*posterior* s *correcta ex* m) *B* ‖ 3 ahala *in* abala *mutavit* B^1 | Malium *L* | capitolium *B* ‖ 4 liberaberat *N* | se *post* inciuilius *posuit B* ‖ 5 ipsa *om. C* | arce (c *correcta ex* t *m. 1*) *B* arte *L* ‖ 6 populus r ∗ *N* ‖ 7 adolescentiae *L* ‖ 9 *subscriptio*: ANEI · FLORI EPITOMA DE TITO LIVIO EXPLICIT · LIBER · I · INCIPIT LIBER · II · FELICITER.·˙˙ *L* L (*post* L *deletae sunt litterae* IBE) AN NEI · FLORI EPITOMA DETITOLI UIO · EXPLIC LIB · I · INCIPIT LIB II · FELICITER · , · *N* ‖ 11 quingentissimum *N* quingentesimum *L* ‖ 13 quod (d *supra versum m. 2*) *N* | rubor *in* robur *mutavit B* | iuuentas (a *correcta ex* u) *L* ‖ 14 et *ante* iuuenis *om. B* | et par *BC*: *corr. Halmius* | orbe *BN* ‖ 15 incredibile (*virgula supra posteriorem* e, *quae* m *significat*, *erasa*) *B* | qui *om. B* | annis — ducentis *om. N* ‖ 17 is ducentis *L* | sequuntur *B* | assiam (*prior* s *deleta inter scribendum*) *B* ‖ 19 a terra *post* cum *add. C* ad terrae fretum usque *Goertzius* | ad *om. C*

venisset, more ignis, qui obvias populatus incendio sil-
vas interveniente flumine abrumpitur, paulisper substitit.
2 mox cum videret opulentissimam in proximo praedam
quodam modo Italiae suae abscissam et quasi revolsam,
adeo cupiditate eius exarsit ut, quatenus nec mole iungi
nec pontibus posset, armis belloque iungenda et ad con-
3 tinentem suam revocanda bello videretur. et ecce, ultro
ipsis viam pandentibus fatis nec occasio defuit, cum de
Poenorum inpotentia foederata Siciliae civitas Messana
quereretur. adfectabat autem ut Romanus ita Poenus
Siciliam et eodem tempore paribus uterque votis ac viri-
4 bus imperium orbis agitabat. igitur specie quidem socios
iuvandi, re autem sollicitante praeda, quamquam territaret
novitas rei, tamen — tanta in virtute fiducia est — ille
rudis, ille pastorius populus vereque terrester ostendit
nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari
dimicaretur.

5 Appio Claudio consule primum fretum ingressus est
fabulosis infame monstris aestuque violentum, sed adeo
non est exterritus, ut illam ipsam ruentis aestus violen-
6 tiam pro munere amplecteretur statimque ac sine mora
Hieronem Syracusanum tanta celeritate devicit, ut ille
ipse prius se victum quam hostem videret fateretur.

I 1 obuias *C* cunctas *B* ‖ 3 cum *in* quum *mutavit* B^1 ‖ 4 quo quodam (*prius* quo *erasum*) *N* | abscissam *L Halmius* abscisam *B N* | reuulsam *B L* ‖ 5 quatenus (*prior* u *supr. vs.*) *L* | nec mare et nec mole (quod *sup.* et *m. 2*) *N* nec mare *L* ‖ 6 possit *N* | iungendam (v *supra* a *posuit m. 2*) *N* iungendam *L* ‖ 7 suum *C* | reuocanda (v̄ *supra posteriorem* a *posuit m. 2*) *N* | sed *B L* | eccese ultro *N* ‖ 8 fati s. nec *L* | cum *in* quum *mutavit* B^1 ‖ 10 Affectabat *L* ‖ 11 sicilia *in* siciliam *mutavit* N^2 ‖ 13 sollicitante praedam *in* sollicitandi praeda *mutavit* B^1 ‖ 14 nouitas — uirtute *bis scripsit B*, *sed posteriora erasa sunt* | tamen tanta *Voss.* tanta tamen *B C Monac. Palat.* | fuducia *B* ‖ 17 dimicaret *Iahnius* ‖ 18 cos·s· (*virgula erasa*) *N* consulibus *L* | tum *post* fretum *add. C* ‖ 19 infamem *N* fame *I* | uiolentem (*posteriorem* e *expunxit et* v *supra posuit m. 2*) *N* ‖ 20 ipsam illam *C* ‖ 21 quod uelocitas nauium mari iuuaretur *ante* statimque *add. A* 22 ineronem *L* hyeronem *I* | siracusanum *L* | regem *ante* tanta *add. C* | uicit *C* ‖ 23 seprius *N* se prius *L*

Duillio Cornelioque consulibus etiam mari congredi 7
ausus est. tum quidem ipsa velocitas classis conparatae
victoriae auspicium fuit. intra enim sexagensimum diem
quam caesa silva fuerat centum sexaginta navium classis
in anchoris stetit, ut non arte factae, sed quodam munere
deorum conversae in naves atque mutatae arbores vide-
rentur. proelii vero forma mirabilis, cum illas celeris 8
volucresque hostium naves hae graves tardaeque conpre-
henderent. longe illis nauticae artes: detorquere remos
et ludificari fuga rostra. iniectae enim ferreae manus 9
machinaeque validae, ante certamen multum ab hoste
derisae, coactique hostes quasi in solido decernere. victor
ergo aput Liparas mersa aut fugata hostium classe pri-
mum illum maritimum egit triumphum. cuius quod gau- 10
dium fuit, cum Duillius imperator non contentus unius
diei triumpho per vitam omnem, ubi a cena rediret prae-
lucere funalia et praecinere sibi tibias iussit, quasi cotidie
triumpharet. prae tanta huius victoria leve damnum fuit 11
alter consulum interceptus Asina Cornelius, qui simulato
colloquio evocatus atque ita oppressus, fuit perfidiae Pu-
nicae documentum.
Calatino dictatore fere omnia praesidia Poenorum 12

I 1 Ad uilio (*supra priorem* i *erasa est* l) *B* diullio *L* duellio *I* ‖ 2 cum *C* | comparatae *AL* ‖ 3 uictoriae *om. C* | auspicium (*posterior* i *supra versum m. 1*) *B* | sexagensimum (n *expunxit m. 1*) *N* sexagesisnum *L* sexagesimum *A* ‖ 4 quam (u *supr. vs.*) *L* ‖ 6 adque *B* | mutate (*post* e *deleta* s) *L* ‖ 7 fama *C* proelium vero fama mirabilius *Beckius* | mirauilis *I* | cum *in* quum *mutavit B*[2] | illas (s *add. m. 1*) *B* | sceleris (*priorem* s *eras. m. 1*) *B* celeres *C* caeleres *I* ‖ 8 ⊢ostium *L* ‖ 9 artis *in* artes *mut. B* | detorqueri *I* ‖ 10 ferae *B* fereę *L* ‖ 11 ualide *B* ualidae *I* aliae *C* | oste *I* ‖ 13 ergo (r *correcta ex* x) *B* | apud *L* | et fugata *C* ‖ 14 quot *B* ‖ 15 cum dum illius *L* | duellius *I* contentus (*posterior* n *in rasura m. 1*) *N* ‖ 16 diei (*posterior* i *supra versum m. 1*) *N* ‖ 17 quottidie *B* ‖ 18 pre (e *correcta ex* a *m. 1*) *B* | huius *post* tanta *om. A* | leue huius proelii damnum (o *inter scribendum addita et* ii da *m. 1 in rasura*) *B* leue huius proelii damnum *CI* prae tanta huius proelii victoria *Baehrensius* ‖ 22 presidia (a *correcta ex* e) *L*

Agrigento Drepanis Panhormo Eryce Lilybaeoque detraxit.
13 trepidatum est semel circa Camerinensium saltum, sed
eximia virtute Calpurni Flammae tribuni militum evasimus. qui lecta trecentorum manu insessum ab hostibus
tumulum occupavit adeoque moratus est hostes, dum
14 exercitus omnis evaderet. ac sic pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequavit, hoc inlustrior
noster, quod expeditioni tantae superfuit, licet nihil
scripserit sanguine.
15 Lucio Cornelio Scipione consule, cum iam Sicilia
suburbana esset populi Romani provincia, serpente latius
16 bello Sardiniam adnexamque Corsicam transit. Olbiae hic,
ibi Aleriae urbis excidio incolas terruit, adeoque omni
terra et mari Poenos purgavit ut iam victoriae nihil nisi
Africa ipsa restaret.
17 Marco Atilio Regulo duce iam in Africam navigabat
bellum. nec defuerant qui ipso Punici maris nomine ac

I 1 dripanis *I* | panhormo (*correctum ex* penormo) eryce lylibeoque (li *inseruit m. 1*) *B* panhormo eryco lilybaeo *N* panhorm. moericoli . lybaeo *L* panormo eryce lilybeoque *I* || 2 trepidatus *B* | circa merinensium *C* || 3 eximia (im *m. 1 in rasura*, *posterior* i *supra versum m. 1*) *N* || 4 trecentorum manu] atru . manu *N* aratrummanu N^2 | infestum et *post* manu *add. N* (tum *in rasura m. 1*) *L* | incessum *N* infessum *L* || 5 atque *B* | est *ex usu Flori addidi ante* hostes (ostes *I*), *ante* dum *Iahnius* || 6 euaderet (*prima* e *supra versum m. 1*) *B* | hac sic *B* acsic (si *correcta m. 1 ex* c, *ut videtur*) *N* | thermopylarum (ther *in marg. add. m. 1*) *N* thermo pilarum *L* || 7 laedonidae *B* | illustrior *L* || 8 expeditione *N* expeditioni *A* N^2 *L* | tantae superfuit. (super *supra versum et punctum add. m. 1*) ut superuixit *B* tantae superfuit. et superuixit. *C* | licet *C* et *A* || 9 inscripserit *A* suo parserit sanguini *Sauppius* || 10 sapione *L* | consule *add. Iahnius* | cum *in* quum *mutavit* B^1 || 11 romana (i *supra posteriorem* a *posuit m. 2*) *N* || 12 annexamque *L* | corsicam *A* ei cossuram *N* ei cossuramque *L* | transiit *A* | olbiae hic ibi alte (alter *m. 1*) *B* olbiae hic baleriae *C* olbiam ibi ateriae *I*: *corr. Salmasius* || 13 omnis *N* omnes *L* || 14 et *om. C* | repugnauit *N* expugnauit *L* | ut *post* nisi *add. N*, *expunxit* N^1 || 15 africam (m *linea transfixa et erasa*) *B* || 16 M. atilio *N* Matilio *L* || 17 defuerant (ut *m. 1 correcta ex* t) *B* de erant *L* | in *ante* ipso *add. L I* | punicis *B* punico *I*

terrore deficerent, insuper augente Nautio tribuno metum,
in quem, nisi paruisset, securi destricta imperator metu
mortis navigandi fecit audaciam. mox deinde ventis re- 18
misque properatum est, tantusque terror hostici adventus
Poenis fuit ut apertis paene portis Carthago caperetur.
prooemium belli fuit civitas Clipea; prima enim a Punico 19
litore quasi arx et specula procurrit. et haec et trecenta
amplius castella vastata sunt. nec cum hominibus, sed 20
cum monstris quoque dimicatum est, cum quasi in vin-
dictam Africae nata mirae magnitudinis serpens posita
apud Bagradam castra vexaverit. set omnium victor Re- 21
gulus cum terrorem nominis sui late circumtulisset cum-
que magnam vim iuventutis ducesque ipsos aut cecidisset
aut haberet in vinculis classemque ingenti praeda onustam
et triumpho gravem in urbem praemisisset, iam ipsam,
caput belli, Carthaginem urguebat obsidio ipsisque portis
inhaerebat. hic paululum circumacta fortuna est, tantum 22
ut plura essent Romanae virtutis insignia, cuius fere

I 1 augente insuper *C* | tribuno nautrio *N* tribuno naurio *L* natio tribuno *I* ‖ 2 paruissent *B* | destricta (i *inseruit m. 1*) *B* destricta (i *supra* e *posuit m. 2*) *N* | quo *ante* metu *add.* *B* ‖ 3 *mox *N* | denique de uentis (que *supra versum et posterius* de *expunctum m. 2*) *N* deuentis *L* ‖ 4 prosperatum *LI* ‖ 5 poenis (o *supra versum m. 1*) *N* | chartago *I* ‖ 6 Prima premium (proemium *I*) belli *A* prima belli praemium *C*: *corr. Iahnius* | clipeam *B* clypea *I* | enim prima (*transposuit m. 2*) *N* ‖ 7 arcs et *B* arasset (*corr. m. 1*) *N* ars et *L* | spectacula *I* | ccc (ta *supra versum add. m. 1*) *N* ‖ 8 uastata (*posterius* ta *supra versum*) *B* | Nectum *L* | modo *ante* sed *add. Mommsenus* ‖ 9 cum *in* quum *mutavit* *B*[1] | in (i *supra versum m. 1*) *N* ‖ 11 aput *N* | bragadam *B* bracadam *I* | castra (*virgula supra posteriorem* a, *quae* m *significat, erasa*) *B* | uexaret *C* uixauerit *I* | sed *CI* ‖ 12 terrorem in omnes sui *N* | late (*post* e *erasa* m) *B* ‖ 13 coepisset *B* cępisset *NI* cępisset *L*: *corr. Iordanis cod. Polling.* ‖ 14 aberet (*spiritus m. 1*) *B* | onustam & rium pho (& *ab* r *seiunxit et* t *ante* r *sup. vs. pos. m. 1*) *N* ‖ 15 urbe *B* | tam *B* | ipsa *B* ‖ 16 belli caput *I*, *at cf. p. 29, 2* | chartaginem *I* | cartaginem *L* | urgebat *BL* | obsidione *I* ‖ 17 inerebat (*spiritum add. m. 1*) *B* | paulum *C* ‖ 18 essent (ss *correctae ex* st) *B* | fero *L*

23 magnitudo calamitatibus adprobatur. nam conversis ad
externa auxilia hostibus, cum Xanthippum illis ducem
Lacedaemon misisset, a viro militiae ·peritissimo vincimur
— foeda clades Romanisque usu incognita — vivus in
manus hostium venit fortissimus imperator. sed ille
quidem par tantae calamitati fuit; nam nec Punico car-
24 cere infractus est nec legatione suscepta. quippe diversa
quam hostis mandaverat censuit, ne pax fieret, ne com-
25 mutatio captivorum reciperetur. sed nec illo voluntario
ad hostis suos reditu nec ultimo sive carceris seu crucis
supplicio deformata maiestas; immo his omnibus admi-
rabilior quid aliud quam victor de victoribus atque etiam,
26 quia Carthago non cesserat, de fortuna triumphavit. po-
pulus autem R. multo acrior intentiorque pro ultione Reguli
quam pro victoria fuit.
27 Metello igitur consule spirantibus altius Poenis et
reverso in Siciliam bello aput Panhormum sic hostes
28 cecidit ut nec amplius eam insulam cogitarent. argumen-
tum ingentis victoriae centum circiter elephantorum capti-
vitas, sic quoque magna praeda si gregem illum non
bello, sed venatione cepisset.

I 1 approbatur *L* ‖ 2 santhippum *N* xantyppum *I* ‖ 3 pettissimo *in* peritissimo *mutavit* *N*[1] | regulus uictus est foedaque *I* | tum. *post* uincimur *add.* *C* ‖ 4 clade *Iahnius, verba recte distinxit Woelfflinus, v. p. 47, 10* | cognita *B* | nam *ante* uiuus *add.* *I* ‖ 5 ille (e *correcta ex* i) *L* ‖ 6 calamitatis *CI* ‖ 8 hostes *AC* | mandauerant *C* | nec *I* neue *Halmius* | ne **commutatio *B* neccom (*prior* c *supra versum m. 2*) mutatione *N* necommutatione *L* ‖ 9 receperetur *I* | illo (v *supra* i *posuit m. 2*) *N* | 10 hostes *CI* | redditos (u *supra* o *posita*) *B* redito *I* | carcere *N* carceres *I* | crucis *om.* *I* ‖ 11 ammirabilior *I* ‖ 12 uictus *C* ‖ 13 chartago *I* ‖ 14 infestiorque *C* ‖ 16 c. *ante* Metello *supra versum add.* *N*[2] | conspirantibus artius *A* ‖ 17 inseciliam *B* | apud *A* (d *correxit ex* t *inter scrib.* *B*) *L* | panormum *I* ‖ 18 cecídit *L* | romanus exercitus *ante* ne *add.* *I* | ut nec amplius *L* (*cf. II 5, 2*) ut neamplius *N* ne amplius *A* | aggredi *ante* cogitarent *add.* *B* adgredi *I, cf. I 45, 16* | concitarent *C* uocitarent *N*[2] | ingens *I* ‖ 19 elefantorum *I* ‖ 20 magnas praedas *A* | si gregem *N* ac si gregem *N*[2]*L* *Monac. Palat.* egitut gregem *A*

Appio Claudio consule non ab hostibus, sed a diis 29
ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat, ibi
statim classe demersa, ubi ille praecipitari pullos iusserat,
quod pugnare ab his vetaretur.

Marco Fabio Buteone consule classem hostium iam in 30
Africo mari aput Aegimurum in Italiam ultro navigantem
cecidit. quantus, o, tum triumphus tempestate intercidit, 31
cum opulenta praeda classis adversis acta ventis naufragio
suo Africam et Syrtis et omnium interiacentium insularum
litora implevit! magna clades, sed non sine aliqua prin- 32
cipis populi dignitate interceptam tempestate victoriam
et triumphum perisse naufragio. et tamen cum Punicae
praedae omnibus promunturiis insulisque fluitarent, popu-
lus R. et sic triumphavit.

Lutatio Catulo consule tandem bello finis inpositus 33
aput insulas, quibus nomen Aegatae, nec maior alias in
mari pugna. aderat quippe commeatibus exercitu, pro- 34

I 1 appius claudius consul *I* | addiis (*posterior* d *incerta*) *in* adiis *mut.* B^1 ab diis *N* ‖ 2 ab his statim *B* ‖ 3 dimersa *I* | iliae (ille *supra versum m. 2*) *N* | praecipitari *B* (i *correcta ex* e *inter scribendum*) *L I* praecipitare *N* | populos (*posterior* p *correcta ex* b) *supra* pullos *posuit L* ‖ 4 uetaretur (a *correcta ex* e *m. 1*) *N* ‖ 5 Marcus fabius buteo *I* | Marcho· *L* | fabio (io *m. 1 in rasura*) butteonem (m *erasa*) *B* | buteóne *N* | consule *om. A* | hostium *post* egimurum ponit *A* (ostium *Mommsenus*) | iam *ante* in *A*, *post* aegi murum *C, ubi in* insulam *mut. Hauptius* ‖ 6 apud *L I* | uitro *N* ‖ 7 quantus ô (*accentus m. 1*) tum *B* quantus (n *m. 1 corr. ex* m) ó tunc *N* quantus otunc *L* quantusque tum *I* | intércidit *L* ‖ 8 cum *in* quum *mutavit* B^1 | opulentia (i *expunxit m. 1*) *N* | praeda (e *in rasura*) *B* | aduersis (i *correcta ex* u *m. 1*) *B* ‖ 9 syrtis *I* sirtis *B* syrtes *N* sirtes *L* | et *add. Bentleius apud Marklandum in praef. ad Statii silvas p. XII* | omnivm (v *correcta ex* a *m. 1*) *N* | imperiagentium: *corr. Bentleius* ‖ 10 littora *L* ‖ 11 dignitatem (m *erasa*) *B* | intercepta *N* | uictoria *N* ‖ 12 triumpho (o *correcta ex* m) *B* | perisse *om. B* | tamen *fortasse delendum est* ‖ 13 promunctoriis N^2 promuntoriis *L I* | frustarentur et fluitarent *N* frustrarentur *L* ‖ 15 impositus *B* ‖ 16 apud (d *correcta ex* t) *B* apud *L I* | acatae*B* egates *C* aecatae *I*, *v. quae exposui in ephemeride Deutsche Litteraturzeitung 1893 p. 716* ‖ 17 aderat *om. C* | comeantibus *B* | exercito *I*

pugnaculis armis gravis classis et in ea quasi tota Car-
35 thago; quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta
levis expedita et quodam genere castrensis ad similitu-
dinem pugnae equestris sic remis quasi habenis agebatur
et in hos vel in illos ictus mobilia rostra speciem viven-
36 tium praeferebant. itaque momento temporis laceratae
hostium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus
37 naufragio suo operuerunt. tanta denique fuit illa victoria,
ut de excindendis hostium moenibus non quaereretur.
supervacuum visum est in arcem murosque saevire, cum
iam in mari esset deleta Carthago.

XVIIII. BELLVM LIGVRICVM.

II, 3 Peracto Punico bello secuta est brevis sane quasi ad
recuperandum spiritum requies, argumentumque pacis et
bona fide cessantium armorum tum primum post Numam
clausa porta Iani fuit; deinceps statim ac sine mora pa-
2 tuit. quippe iam Ligures, iam Insubres Galli, nec non et
Illyrii lacessebant, sitae sub Alpibus id est sub ipsis
Italiae faucibus gentes, deo quodam incitante adsidue, ne
3 robiginem ac situm scilicet arma sentirent. denique utri-

I 1 hostium *post* grauis *add.* *C* | carthago (h *supra versum m. 1*) *N* chartago *I* ‖ 2 pronta. *L* ‖ 4 auenis *A* abenis *B*¹ habens *L* ‖ 5 in *ante* illos *om.* *A*, *at v. p. 9, 4* | ictus *om.* *C* ‖ 7 toto tum (*prius* to *expunxit m. 2*) *B* ‖ 9 ut de] unde *L* | excidendis: *corr.* *Halmius* | quererentur *C* ‖ 10 uisu *N* ‖ 11 deleta (*posterior* e *correcta ex* a *m. 1*) *B* delecta *L* | chartago *I* ‖ 12 LYGURICUM *B* LIGURIUM *N* ‖ 13 Peracto si quidem punico et nec dum quantulum respirato sequitur liguricum. nam *reliquis verbis omissis usque ad* Ligures (*p. 49, 4*) *I* | et *ante* quasi *add.* *C* ‖ 14 recipiendum *C* ‖ 15 fides *N* | tunc *C* ‖ 16 clausam (m *deleta inter scribendum*) *B* | deinceps] sed *C* ‖ 17 etiam ligures etiam insubres *B* ‖ 18 illirii *BL* | sicdesub alpibus *C* | ést *L* | desub *C* ‖ 19 adsidue incitante *N* assidue incitante *L* ‖ 20 rubigenem *BL* robigenem (v *supra* o *posuit m. 1*) *N* | armas (s *expunxit m. 1*) *N* | sentirent (*posterior* n *supra versum inter scribendum*) *N*

que cotidiani et quasi domestici hostes tirocinia militum
inbuebant, nec aliter utraque gente quam quasi cote
quadam populus Romanus ferrum suae virtutis acuebat.
Liguras imis Alpium iugis adhaerentis inter Varum 4
et Magram flumen inplicitosque dumis silvestribus maior
aliquanto labor erat invenire quam vincere. tuti locis et
fuga, durum atque velox genus, ex occasione latrocinia
magis quam bella faciebant. itaque cum diu multumque 5
eluderent Saluvii Deciates Oxubii Euburiates Ingauni,
tandem Fulvius latebras eorum ignibus saepsit, Baebius in
plana deduxit, Postumius ita exarmavit ut vix reliquerit
ferrum quo terra coleretur.

XX. BELLVM GALLICVM.

Gallis Insubribus et his accolis Alpium animi ferarum, II, 4
corpora plus quam humana erant, sed — experimento

I 1 cotidiani (a *correcta ex* ti) *L* | terocinia (i *supra* e *m. 2*) *N* ‖ 2 inbuerant *B* | quam si cote *B* quasi cote (*virgulam, quae* m *significat, supra* a *pos. m. 1*) *N* quam sicote *L*: *corr. vg.* ‖ 3 quedam (e *in* a *mutavit m. 1*) *N* ‖ 4 nam *ante* ligures *add. I* | Ligura simis (*correxit m. 1*) *B* Ligures imis *C* ligures hi imis *I* | aderentis (spiritum *add. m. 1*) *B* adherentes *C* adhaerentes *I* | uarum magramque amnem *I* ‖ 5 machram *L* | inplacitosque *L* implicitos *I* | dum his *B* | siluestribus uictitabant quos pene maius fuit inuenire *I* ‖ 6 qua *in* quam *mutavit* N^1 quan *L* | uinceret uti (*priorem* t *expunxit m. 1*) *N* | uti *B* | si quidem *ante* locis *add. I* | adque *BN* ‖ 8 faciebant (n *supra versum inter scribendum*) *B* faciebat *C* ‖ 9 ludere *B* eluderet *N* elúderet *L* | salui *B* saltus *C* saltu uiis *I* | decilates *A* deciate *L* | exuuii *B* oxubile. *N* soxubile. *L* oxuuii *I* | et buriates *B* buriatas *N* buriantes. *L* buriates *I* | ingauni] incognitam *in* incognitas *mutavit N* incognitas *L* ‖ 10 *post* fuluius *rasura quattuor circiter litterarum N* | igni *A, at v. I 22, 12; II 13, 88; 21, 6* | uero *post* Bebius *add. I* ‖ 11 diduxit *N* | postumius (*spiritum add. m. 1*) *B* ‖ 14 Gallis] Post quos mox galli. *I* | insubribus (bri *ante* bri *erasum*) *N* | alpium incolis *I* ‖ 15 corpora *supra versum add. B* | sed experimento *bis scripsit N, sed prius delevit* N^2 | experimento (i *correcta ex* e) *L*

deprehensum est — quippe sicut primus impetus eis maior quam virorum est, ita sequens minor quam feminarum,
2 Alpina corpora umenti caelo educata habent quiddam simile nivibus suis: †quam mox caluere pugna, statim in
3 sudorem eunt et levi motu quasi sole laxantur. hi saepe et alias et Brittomaro duce non prius posituros se baltea quam Capitolium ascendissent iuraverant. factum est;
4 victos enim Aemilius in Capitolio discinxit. mox Ariovisto duce vovere de nostrorum militum praeda Marti suo torquem. intercepit Iuppiter votum; nam de torquibus
5 eorum aureum tropaeum Iovi Flaminius erexit. Viridomaro rege Romana arma Volcano promiserant. aliorsum vota ceciderunt; occiso enim rege Marcellus tertia post Romulum patrem Feretrio Iovi opima suspendit.

XXI. BELLVM ILLYRICVM.

II, 5 Illyrii seu Liburni sub extremis Alpium radicibus agunt inter Arsiam Titiumque flumen longissime per

I 1 quippe uirtus eorum sicut primo impetu maior *I* ‖ 2 quam — minor *omissa add.* *B*[1] | ita (a *correcta m. 1 ex* e *vel* o) *N* ‖ 3 humente *A* umenti (*ante* u *deleta est una littera*) *N* humenti *L* ‖ 4 quae mox vt (vt *supra versum m. 2*) *N* quę mox ut *L* cum mox *I* cum uix *Bezzenbergerus, an* quom [mox]? | insudore (*virgulam, quae* m *significat, supra* e *posuit m. 1*) *B* ‖ 5 leui (ui *correcta ex* cu) *B* leni *Halmius* ‖ 6 ˙aliás *L* | et *I* sed *BC* | britco maro *B* brittomaro *B*[1]*I* brito maro *N* britto maro *L* | posituros *A* solituros (v *supra* i *posuit m. 2*) *N* soluturos *L* | sé. *L* ‖ 7 factum autem est et uictos eos *I* ‖ 8 ∗enim ę mulius *N* | discinxit et quod dux eorum de romano militi praedam marti suo torquem aureum deuotasset intercepit iuppiter *I* | ario bisto *B* ariouito *C* ‖ 10 iupiter *N* | uotum (*posterior* u *correcta ex* er) *L* | uotum et de eius ipsius ariobistonis relicorumque gallorum torquibus aureum *I* ‖ 11 erexit flamminius *I* | flamminius *B* | rex quoque eorum uiridomarus romana arma uulcano promisserat *I* | Virodómaro *L* ‖ 12 uulcano *BL* ‖ 13 rege] eo *I* | tertio *I* | postea *in* tertia post *mut.* *B* ‖ 14 ioui (o *post posteriorem* i *deleta*) arma suspendit *N* | 15 ILLIRICVM *L* ‖ 16 Jllirii *B* illirici *L* illyres autem *I* | seu lybirni *B* id est ueneti seu liburnes *I* ‖ 17 titullum|que *B* titulumque *I* | longissime (e *in rasura*) flumen *B*

totum Hadriani maris litus effusi. hi regnante Teutana 2
muliere populationibus non contenti licentiae scelus ad-
diderunt. legatos quippe nostros ob ea quae deliquerant 3
iure agentes ne gladio quidem, sed ut victimas securi
percutiunt, praefectos navium igne conburunt; idque quo
indignius foret, mulier imperavit. itaque Gnaeo Fulvio 4
Centimalo duce late domantur. strictae in principum
colla secures legatorum manibus litavere.

XXII. BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

Post primum Punicum bellum vix quadrienni requies: II,6
ecce alterum bellum, minus quidem spatio — nec enim
amplius decem et octo annos habet — sed adeo cladium
atrocitate terribilius ut, siquis conferat damna utriusque
populi, similior victo sit populus ille qui vicit. urebat 2
nobilem populum ablatum mare, raptae insulae, dare
tributa, quae iubere consueverat. hinc ultionem puer
Hannibal ad aram patri iuraverat, nec morabatur. igitur 3
in causam belli Saguntos electa est, vetus Hispaniae civi-
tas et opulenta fideique erga Romanos magnum quidem
set triste monumentum, quam in libertatem communi 4

I 1 adriani *A* | effusit (t *erasit m. 1*) *B* | Hy *L* teutana (*posterior* a *corr. ex* e) *L* ‖ 2 contempti *L* | content. illi centiæ *in* contenti licentiæ *mut. N*² ‖ 3 nostros] romanos *I* | deliquerant (n *sup. vers.*) *L* ‖ 5 comburunt *B* cōburunt *N* | quod *L* ‖ 6 forent (n *deleta*) *B* | imperabat *C* | . C. N. fuluio *L* ‖ 7 gentimalo *A* Centumalum *appellant fast. Capit. CIL I*¹ *p. 456* | secures *post* strictae *A* | principum (um *correc. ex* ic) *B* principium *I* ‖ 8 leuitare *L* ‖ 10 autem *ante* punicum *add. I* | quadrienni *L* quadriennii *N* quam triennii *B* quadriennium *I* ‖ 11 enim (n *correcta m. 1 ex* ii) *B* ‖ 12 amplius quam X̄VIII. *N* amplius XVIII *L* | habet] tenens *I* | s& *N* | gladii *L* gladium *I* ‖ 13 terribilis *I* | dampnac *L* ‖ 14 uicto (c *sup. vers. m. 2*) *N* | populi *L* | ille *om. C* | uberat *in* urebat *mut. N*² Pudebat *L* ‖ 15 mare ablatum *A* ‖ 16 in. *post* hinc *add. N* ‖ 17 annibal *A* | patris *A* | merabatur *L* ‖ 18 in causa *CI* causa? | bellis *N* | saguntus *LI cf. Silius I 502, alibi* | delecta *C* | est uetus] estus (us *del. m. 2*) *N* est uelut *I* | spaniae *I* ‖ 20 sed *LI* | monimentum *B* | libertatem (tat *periit in foramine*) *B* libertate *C*

foedere exceptam Hannibal causas novorum motuum quae-
rens et suis et ipsorum manibus evertit ut Italiam sibi
5 rupto foedere aperiret. summa foederum Romanis religio
est; itaque ad auditum sociae civitatis obsidium memores
icti cum Poenis quoque foederis non statim ad arma
6 procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Sagun-
tini interim iam novem mensibus fessi fame machinis
ferro, versa denique in rabiem fide inmanem in foro
excitant rogum, tum desuper se suosque cum omnibus
7 opibus suis ferro et igne corrumpunt. huius tantae cladis
auctor Hannibal poscitur. tergiversantibus Poenis dux
legationis 'quae' inquit 'mora est?' [Fabius] 'in hoc ego
sinu bellum pacemque porto; utrum eligitis?' succlaman-
tibus 'bellum!' 'bellum igitur' inquit 'accipite.' et ex-
cusso in media curia togae gremio non sine horrore,
quasi plane sinu bellum ferret, effudit.
8 Similis exitus belli initiis fuit. nam quasi has in-
ferias sibi Saguntinorum ultimae dirae in illo publico
parricidio incendioque mandassent, ita manibus eorum
vastatione Italiae, captivitate Africae, ducum et regum qui
9 id gessere bellum exitio parentatum est. igitur ubi semel
se in Hispania movit illa gravis et luctuosa Punici belli

I 1 excepta annibal (annib *periit in foramine*) *B* | annibal *I* | mutuum *L* ‖ 2 et suorum *A* | uertit *B* ‖ 3 phoedere *et* phoederum *B* ‖ 5 phoederis *B* ‖ 6 morelegit immo *in* more legitimo *mutavit* N^2 | Saguntini *add. N. Heinsius* ‖ 8 immanem in *N* imnanem in *L* immanenim *codd. Heid. Pal. Iordanis* immanenin *cod. Val. Iordanis* ‖ 9 omnpibus (mn *expunctae*) *L* ‖ 10 igni *CI* | conrumpunt *I* | huius tantae *bis prioribus erasis B* ‖ 11 autor annibal *codd. Heid. Pal. Iordanis* annibal auctor *Val. Iordanis* | dux legationis *del. Iahnius* ‖ 12 inquid (d *in* t *mut. m. 1*) *B* inquid *I* | Fabius *del. Graevius, post* legationis *ponit Paris. 7701* ‖ 13 bello *I* | subclamantibus *I* ‖ 14 inquid *A* ‖ 15 mediam curiam *L Monac. Palat.* | orrore (*spiritus m. 1*) *B* | 17 initio *C* ‖ 19 manibus (a *ex* o *correcta m. 1*) *B* ‖ 20 africae *in rasura septem litterarum, quarum tertia et quarta fuerunt* pt, *sexta et septima* ae *B* | qui id] quid *N* quid id *I* ‖ 22 hispaniam (hi *periit in foramine*) *B* spaniam *I* | punici (unici *periit in foramine*) *B*

vis atque tempestas destinatumque Romanis iam diu ful-
men Saguntino igne conflavit, statim quodam impetu rapta
medias perfregit Alpes et in Italiam ab illis fabulosae
altitudinis nivibus velut caelo missa descendit.

Ac primi quidem impetus turbo inter Padum atque 10
Ticinum valido statim fragore detonuit. tum Scipione
duce fusus exercitus; saucius etiam ipse venisset in ho-
stium manus imperator, nisi protectum patrem praetextatus
admodum filius ab ipsa morte rapuisset. hic erit Scipio, 11
qui in exitium Africae crescit, nomen ex malis eius ha-
biturus.

Ticino Trebia succedit. hic secunda Punici belli pro- 12
cella desaevit Sempronio consule. tum callidissimi hostes
frigidum et nivalem nancti diem, cum se ignibus prius
oleoque fovissent, — horribile dictu — homines a meri-
die et sole venientes nostra nos hieme vicerunt.

Thrasymennus lacus tertium fulmen Hannibalis impe- 13
ratore Flaminio. ars nova Punicae fraudis: quippe ne-
bula lacus palustribusque virgultis tectus eques terga
subito pugnantium invasit. nec de dis possumus queri. 14
imminentem temerario duci cladem praedixerant insidentia
signis examina et aquilae prodire nolentes et commissam

I 1 íus. *L* | adque *B* | distinatumque *I* | flumen *L* || 2 Saguntino] sagu *N* saguntinum N^2 | in *ante* igne *add.* *N* || 3 fabolusae *I* || 4 ultitudinis *B* | uelud *I* | missa (a *correcta ex* it) *L* | discendit *I* || 6 tunc *C* | spicione *B* || 7 inostium *B* || 9 ammodum *I* | filios (u *supra* o) *B* || 10 exitium (*posterior* i *supra versum m. 1*) *B* exitum *LI* || 12 trepia *N* treuia *I* || 13 tunc *C* || 13 cur *in* quum *mutavit* B^1 || 15 oleo quoque *I* | orribile (*spiritus m. 1*) *B* | homines (e *m. 1 correcta ex* i) *B* || 17 Thrasymenus *B* thrasimennus (h *supra versum*) *L* tharsymenus *I* | fulmen han (han *erasum*)|hannibalis *N* | annibalis *I* | imperatore (*posterior* e *m. 2 correcta ex* i) *N* || 18 flamminino *BL* flaminion (*posteriorem* n *exp. m. 1*) *N* flamminio *I* | ibi quoque *ante* ars *add.* *C* | pars *Iahnius* || 19 eques ÷ *L* equitatus (us *in* tus *mut. m. 1*) *B* equitatus *I* equitum *N* || 20 nec dedis *B* nec dedís *N* necdiis *L* nec de diis *I* || 21 cladem (e *correcta ex* i *m. 1*) *B* | praedixerant (n *supra versum*) *B* || 22 commissamque *I*

aciem secutus ingens terrae tremor; nisi illum horrorem
soli equitum virorumque discursus et mota vehementius
arma fecerunt.
15 Quartum id est paene ultimum volnus imperii Cannae,
ignobilis Apuliae vicus; sed magnitudine cladis emersit et
sexaginta milium caede parta nobilitas. ibi in excidium
infelicis exercitus dux terra, caelum dies, tota rerum na-
16 tura consensit. si quidem non contentus simulatis trans-
fugis Hannibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt,
insuper callidus imperator in patentibus campis observato
loci ingenio, quod et sol ibi acerrimus et plurimus pulvis
et eurus ab oriente semper quasi ad constitutum ita in-
struxit aciem, ut Romanis adversus haec omnia obversis
secundum caelum tenens vento pulvere sole pugnaret.
17 itaque duo maximi exercitus caesi ad hostium satietatem,
donec Hannibal diceret militi suo ‘parce ferro’. ducum
fugit alter, alter occisus est; dubium uter maiore animo:
18 Paulum puduit, Varro non desperavit. documenta cladis
cruentus aliquamdiu Aufidus, pons de cadaveribus iussu
ducis factus in torrente Vergelli, modi duo anulorum
Carthaginem missi dignitasque equestris taxata mensura.

I 1 sequuturus *B* | ingens *om.* *I* | ⊢orrorem (*spiritus m. 1*) *B* ‖ 2 equorum *C. Meiserus annal. philol. CXXI (1880) p. 216* | uehementius (h *supra versum m. 1*) *B* ‖ 4 uulnus *AL* | camnae *B* ‖ 5 ad magnitudinem *cod. Heid. Iordanis* | cladis (i *correcta ex* e *m. 1*) *B* ‖ 6 XL. *C* | facta. *N* | exitium *C* ‖ 7 re∗rum (g *videtur erasa esse*) *N* ‖ 8 contententus (*posterius* ten *deletum*) *N* contemptus *L* | transfugis (*posterior* s *m. 1 correcta ex* t) *B* ‖ 9 annibal *A* | ceciderant *AL* ceciderat *N*: *corr. vg.* ‖ 10 callidissimus *C* | in *supra versum* *B* | obseruatio *L* ‖ 11 acerrimus (ac *correctum ex* acc *m. 1*) *B* ‖ 12 eurus (rus *in rasura quinque litterarum m. 1*) eurus flans *Halmius* | ex constituto *B* ‖ 13 omnia . aduersis. *C* ‖ 14 quasi *ante* secundum *add.* *C* | et *ante* sole *add.* *A* ‖ 15 maximae *I* ‖ 16 hannibal (h *supra versum*) *B* annibal *I* ‖ 17 effugit *C* ‖ 18 disperavit *I* | cladis (c *correcta m. 2 ex* g) *N* ‖ 19 aliquandiu *BL* | aufidus (*prior* u *sup. vers. m. 1*) *B* haud fidus *codd. Heid. Pal. Iordanis* aut fidus *Val. Iordanis* | 20 uergello *A, at v. p. 18,19; 79,16* | modii (*posterior* i *supra versum m. 2*) *N* modii *AL* ‖ 21 cartagine *in* carthaginem *mutavit* *B*[1] cartaginem *L* chartagine *I* | equestri *N* equestra *L* | taxata

dubium deinde non erit quin ultimum illum diem habi-
tura fuerit Roma quintumque intra diem epulari Hannibal
in Capitolio potuerit, si, quod Poenum illum dixisse Ma-
harbalem Bomilcaris ferunt, Hannibal quem ad modum
sciret vincere sic uti victoria scisset. set tum quidem 20
illum, ut dici volgo solet, aut fatum urbis imperaturae
aut ipsius mens mala et aversi a Carthagine di in diver-
sum abstulerunt. cum victoria posset uti, frui maluit 21
relictaque Roma Campaniam Tarentumque peragrare, ubi
mox et ipse et exercitus ardor elanguit adeo ut vere
dictum sit Capuam Hannibali Cannas fuisse. si quidem 22
invictum Alpibus, indomitum armis Campani — quis cre-
deret? — soles et tepentes fontibus Baiae subegerunt.

Interim respirare Romanus et quasi ab inferis emer- 23
gere. arma non erant: detracta sunt templis. deerat
iuventus: in sacramentum liberata servitia. egebat aera- 24
rium: opes suas libens senatus in medium protulit, nec
praeter quod in bullis singulisque anulis erat quicquam

I (*prima* a *correcta m. 1 ex* e) *B* ‖ 1 qui multimum *in* quin ultimum *mutavit* B^1 | ^{h}abitura (*spiritus m. 1*) *B* ‖ 2 fuerat *B* | annibal *I* ‖ 3 si quod] sicut *I* | adherbalem (*priorem* e *in* a *mutavit m. 1*) *N* ad arbalem *L* ‖ 4 momilcalis *in* bomilcaris *mutavit* N^1 bomilcari *I* | si *ante* annibal *add. I* | quae *B* quaem B^1 ‖ 5 set *om. C* sed *I* ‖ 6 uulgo AN^2L | soled *I* | imperatura (*supra posteriorem* a *parvula rasura*) *N* uel periturę *supra versum* N^2 ‖ 7 carthagine (h *sup. vers. m. 1*) *N* chartagine *I* | di *in rasura* B^1 dii *LI* ‖ 8 abstullerunt (*priorem* l *expunxit m. 1*) *N* | possit *I* ‖ 9 campania *B* | perrexit *A* | ubi mox (i m *supra versum m. 1*) *B* ‖ 10 ipsius *ante* exercitus *add. A* et ipsius et exercitus *Dukerus* | uerum *C* ‖ 11 annibali *A* | cannam *N* | fuisset *B* ‖ 12 que *post* indomitum *add. A* | campaniæ *C* ‖ 14 Permissum est *ante* interim *add. A* | respiraret (t *erasa*) *B* | romanis *A* | emergere (*prima* e *in rasura duarum litterarum*) *B* ‖ 15 deerant (n *deleta*) *B* ‖ 16 iubentus *I* | militiæ *ante* liberata *add. C* | egebat (*prima* e *m. 1 in rasura*) *B* ‖ 17 libens *ante* protulit *A* | inmedium (n *supra versum m. 1*) *N* ‖ 18 cingulisque et anulis *Iordanis cod. Pollingensis* cingulis anulisque *C. Barthius* sigillis anulis *Krapfius, at v. Augustinus de civ. d. III 19* | quicquam AN^2 quisquam *C*

sibi auri reliquerunt. eques secutus exemplum imitatae-
25 que equitem tribus. denique vix suffecere tabulae, vix
scribarum manus Laevino Marcelloque consulibus, cum
26 privatorum opes in publicum deferrentur. quid autem?
in eligendis magistratibus quae centuriarum sapientia, cum
iuniores a senioribus consilium de creandis consulibus
petierunt. quippe adversus hostem totiens victorem, tam
callidum non virtute tantum, sed suis etiam pugnare con-
siliis oportebat.
27 Prima redeuntis et, ut ita dixerim, revivescentis im-
perii spes Fabius fuit, qui novam de Hannibale victoriam
commentus est, non pugnare. hinc illi cognomen novum
et rei p. salutare Cunctator; hinc illud ex populo ut
28 imperii scutum vocaretur. itaque per Samnium totum,
per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem
ut, quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur.
29 inde Claudio Marcello duce etiam congredi ausus est:
comminus venit et perculit in Campania sua et ab ob-
30 sidione Nolae urbis exclusit. ausus et Sempronio Graccho
duce per Lucaniam sequi et premere terga cedentis,
quamvis tum, o pudor, manu servili pugnaret: nam hucus-

I 1 sequutus *B* | exemplum (plum *supra versum m. 2*) *N* | immitataeque *B* ‖ 2 sufficere *A* | uix (i *supra versum m. 1*) *N* ‖ 4 priuatae *C* | referrentur *A* deferruntur *N* ‖ 5 elegendis *LI* | magistratibus (us *in rasura m. 1*) *N* ‖ 7 petiuerunt (p *ante* p *deleta*) *N* petiuerunt *L* | ostem *I* | cam *post* tam *add. N* ‖ 10 et AN^2 sed *C* | ut sic *C* | reuiuescentis *BN* reuiuiscentis *LI* ‖ 11 fauius *N* | annibale *B* ‖ 12 cognomen (*posterior* o *correcta ex* itu *inter scribendum*) *L* ‖ 13 cunctator (*supra versum inter* u *et* n *una littera erasa*) *N* | illut *N* ‖ 14 totum per falernos *om. B* ‖ 15 annibalem *A* ‖ 16 qui *C* | uirtutem (m *erasa*) *B* uirtutem *L* ‖ 17 est *del. Gronovius* ‖ 18 comminus (i *correcta ex* u *radendo*) *N* Communis *in* comminus *mutavit L* | perpulit *A* pepulit *N*: *corr. Salmasius* reppulit in Campaniam suam *Halmius* | acampania sua. *L* ‖ 19 notae *I* | excussit *C* | est *ante* et *add. I* | pro *post* et *add. et expunxit L* | graccho (h *correcta ex* o) *B* ‖ 20 ceden*tis *N* ‖ 21 tunc *C* | .ó. pudor manus (s *expunxit m. 1*) *N* ó pudor manu *L* o pudor *I* pudor *B* populus Romanus *Iahnius* pro pudor *Halmius* | exercitum *ante* nam *add. B* exercitu *I* | lucus que *B* |

que tot mala conpulerant. sed libertate donati fecerunt
de servis se virtute Romanos. o horribilem in tot ad- 31
versis fiduciam! immo singularem animum ac spiritum
populi R.! tam artis adflictisque rebus ut de Italia sua
dubitaret ausus tamen est in diversa respicere, cum- 32
que hostis in iugulo per Campaniam Apuliamque volitaret
mediaque de Italia Africam faceret, eodem tempore et
hunc sustinebat et in Siciliam Sardiniam Hispaniam di-
visa per terrarum orbem arma mittebat.

Sicilia mandata Marcello. nec diu restitit. tota enim 33
insula in una urbe superata est. grande illud et ante id
tempus invictum caput, Syracusae, quamvis Archimedis
ingenio defenderentur, aliquando cesserunt. longe illi 34
triplex murus totidemque arces, portus ille marmoreus et
fons celebratus Arethusae, nisi quod hactenus profuere ut
pulchritudini victae urbis parceretur.

Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, 35
Insanorumque — nam sic vocantur — immanitas montium profuere. saevitum in urbes urbemque urbium Caralim, ut gens contumax vilisque morti saltem desiderio patrii soli domaretur.

I 1 compulerant *B* conpulerunt *I* | fecerunt *post* romanos *I* fecerant *C* | 2 de seruitute: *corr. Salmasius* (se de servis virtute) *et Hauptius* de se virtute *H. Muellerus* | tota (a *expunxit m. 2*) *N* ‖ 3 immo N^2, *v. Woelfflinus Hermae XVII (1882) p. 174* in *B* o *C* ‖ 4 afflictisque *I* | cum de *C* | sua decedere debuisset *B* sua dubitare debuisset *I* ‖ 5 cumque (c *in* e *mutavit m. 1*) *B* ‖ 6 hostis in iugulo *I* hosti∗singulo (*erasa* s) *B* hostes in iugulo *C* | uolitarent *C* ‖ 7 mediamque: *corr. E. Wurmius* | iam de *I* | facerent *C* ‖ 8 his piniam (ni *supra versum*) *B* spaniamque *I* | diuisa (*virgula supra* a, *qua* m *significatur, erasa*) *B* ‖ 10 ∗mandata *N* mandat *I* ‖ 12 inuictus *B* | quas uis *B* | archimediis *I* ‖ 14 treplix *I* ‖ 15 non *post* quod *supra versum add.* N^1 | hactenus (h *supra versum*) *B* actenus *NI* ‖ 16 pulcritudini *B* ‖ 17 graccus *L* | sed *ante* nihil *add.* *B* | illic *N* ‖ 18 inmanitas *L* ‖ 19 *post* Caralim *haec vel similia videntur excidisse*: ingens hominum vis in servitutem abducta ‖ 20 uirilisque (ri *expunctum*) *L* | mortis (is *in rasura*) *B* mortis *I* ‖ 21 dominaretur *B*

36 In Hispaniam missi Gnaeus et Publius Scipiones paene
totam Poenis eripuerant, sed insidiis Punicae fraudis
oppressi rursum amiserant, magnis quidem illi proeliis
cum Punicas opes cecidissent. set Punicae insidiae al-
terum ferro castra metantem, alterum, cum evasisset in
37 turrem, cinctum facibus oppresserunt. igitur in ultionem
38 patris ac patrui missus cum exercitu Scipio, cui iam
grande de Africa nomen fata decreverant, bellatricem illam,
viris armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hostilis
exercitus, pusilli illam iam Hannibalis eruditricem — in-
credibile dictu — totam a Pyrenaeis montibus in Her-
culis columnas et Oceanum recuperavit, nescias citius an
39 felicius. quam velociter, quattuor anni fatentur; quam
facile, vel una civitas probat. eodem quippe quo obsessa
est die capta est, omenque Africanae victoriae fuit, quod
40 tam facile victa est Hispaniae Carthago. certum est tamen
ad profligandam provinciam maxime profecisse singularem
ducis sanctitatem. quippe qui captivos pueros puellasque
praecipuae pulchritudinis barbaris restituerit, ne in con-
spectum quidem suum passus adduci, ne quid de virgini-
tatis integritate delibasse saltem vel oculis videretur.

I 1 Inhispaniam (h *sup. vers.*) *B* | spaniam *I* | uero *ante* missi *add. I* | missi (*posterior* s *sup. vers.*, *sed erasa*) *B* | gnævus (v *sup. vers. m. 1*) *N* | scipio · spem totam *L* ‖ 2 eripuerunt *B* eripuerunt prouinciam *I* | insidiae *B* | fradis *B* ‖ 3 ammiserant *B* | illis *B* ‖ 4 sed *CI*, *om. et post* cecidissent *leniter interp. Goertzius* | alterum (um *correctum ex* o) *L* ‖ 5 uim *post* cum *add. B* iam *Halmius* vix? | euasissent (n *expunxit m. 1*) *N* euasisset (i *supra versum*) *L* | inturrem (t *correcta ex* c *m. 1*) *B* ‖ 6 op-presserant (n *sup. vers.*) *B* ‖ 7 patrui] patrum *B* | tam *C* ‖ 8 nomen de africa *I* ‖ 9 spaniam *I* | seminarivm (vm *correctum ex* am) *L* ‖ 10 pusilli iam *B* illam *C* illam iam *I* | hannibalis (*posterior* n *sup. vers. m. 1*) *N* annibalis *B* ‖ 11 dictum *C* | apyre-neis *N* apyrineis *A* apirineis *L* | inherculis (h *supra versum*) *B* ‖ 12 et] in *I* ‖ 14 quidem quo *I* | opsessa *C* ‖ 15 eodem *post* est *add. I* | nomenque *B* omnemque *LI* ‖ 16 hispana. *N* hispania (*posteriorem* i *expunx. m. 1*) *L* spaniae *I* | carcarthago (*posterius* car *expunx. m. 1*) *N* ‖ 17 proficisse *LI* | singularẽ∗ (*erasa* m, *ut videtur*) *B* ‖ 19 restituerit *CI* ‖ 20 suum quidem *A* | nequit *B* nequit (t *in* d *mutavit m. 2*) *N* ‖ 21 delibasse (*posterior* e

Haec inter diversa terrarum populus Romanus. nec ideo 41
tamen visceribus Italiae inhaerentem summovere poterat
Hannibalem. pleraque ad hostem defecerant, et dux acer-
rimus contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur.
iam tamen eum plerisque oppidis et regionibus excus- 42
seramus, iam Tarentus ad nos redierat, iam et Capua,
sedes et patria altera Hannibalis, tenebatur, cuius amissio
tantum Poeno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus
Romam converteretur. o populum dignum orbis imperio, 43
dignum omnium favore et admiratione hominum ac deorum!
conpulsus ad ultimos metus ab incepto non destitit et de
sua urbe sollicitus Capuam tamen non omisit; sed parte
exercitus sub Appio consule relicta, parte Flaccum in
urbem secuta absens simul praesensque pugnabat. quid 44
ergo miramur moventi castra a tertio lapide Hannibali
iterum ipsos deos — deos inquam, nec fateri pudebit —
restitisse? tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium 45
effusa est, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus
hostem submoveri non a caelo, sed ab urbis ipsius moeni-
bus et Capitolio videretur. itaque fugit et cessit et in 46

I *correcta ex* et) *B* | saltim *I* | uel *om. A, at v. p. 45, 3; 77, 17* || 1 in diuersa *A, at v. VII 7, 2* per diversa *Tollius, v. I 40, 27; 41, 1* | populus romanus *om. N* || 2 italiae uisceribus *N* italię uisceribus (ib *correctum ex* en) *L* | submouere *I* || 3 annibalem *A* | ostem *I* | defecerant (n *sup. vers.*) *B* || 4 coque *I* || 5 excusseramus] excussere romani *I* || 6 idem (d *in* t *mut. m. 1*) *N* idem *L* | tarentum *A* tarentinus *L* | ad nos redierat] retulerant *I* || 7 sedis *I* | domus *ante* et *add. A* et domus *add. C* | annibalis *A* | ammissio *B* || 8 poeno (*posterior* o *correcta ex* u) *B* pęnę *L* | ut ille *C* || 9 populo *I* | que *post* dignum *add. A* || 10 ammiratione *I* || 11 compulsus *N* | ultumhos metus *N* ultumas metas *N*[1] | destitit (*prius* ti *in rasura*) *B* desistit *I* || 12 ommisit (*priorem* m *del. m. 1*) *B* || 13 sub (b *correcta ex* p) *B* || 14 urbe *AC* | sequuta *B* || 15 lapide (pide *in rasura*) *B* | annibali *B* || 16 deos inquam nec fateri pudebit *om. I* | nec *supra versum N*[1] | facteri *L* | restitisse *post* deos (*vs. 9*) *B* || 17 ad (a *correcta ex* i) *B* || 18 cohorta *B* || 19 hostis *N. Heinsius* | submoueri *NI* summoueri *BL* summouere *Tollius* | nec caelos (s *expunxit m. 2*) sed *N* neccęlo sed *L* || 20 capitulio *codd. Heid. Pal. Iordanis* | ferri *ante* uideretur *add. C* | itaque *ante* fugit *om. B nescio an vere*

ultimum se Italiae recepit sinum, cum urbem tantum non
47 adoratam reliquisset. parva res dictu, sed ad magnanimi-
tatem populi Romani probandam satis efficax, quod illis
ipsis quibus obsidebatur diebus ager, quem Hannibal
castris insederat, venalis Romae fuit hastaeque subiectus
48 invenit emptorem. voluit Hannibal contra imitari fiduciam
subiecitque argentarias urbis tabernas: nec sector inventus
est, ut scias etiam praesagia fatis adfuisse.
49 Nihil actum erat tanta virtute, tanto favore etiam
deorum, si quidem ab Hispania Hasdrubal frater Hanni-
balis cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole
50 veniebat. actum erat procul dubio, si vir ille se cum
fratre iunxisset. sed hunc quoque tantum quod ab Alpe
descenderat aput Metaurum castra metantem Claudius Nero
51 cum Livio Salinatore debellat. Nero in ultimo Italiae
angulo submovebat Hannibalem, Livius in diversissimam
partem, id est in ipsas nascentis Italiae fauces signa con-
52 verterat. tanto, id est omni qua longissima Italia solo
interiacente, quo consilio, qua celeritate consules castra
coniuncxerint inopinatumque hostem conlatis signis op-

I 1 recepit (*posterior* e *correcta ex* i) *L* | sinum (nu *correctum ex* mo) *L* | totam *B* tantam *I* || 2 non inadoratam *B* | parua — deorum *om. I* || 3 quid *B* || 4 obsidebantur *L* | annibal *B* || 5 insiderat *C* || 6 annibal *B* | immitari *B* | fidutiam imitari (mi *supra versum*) *L* fiduciam imitari (q *post* a *expunxit m. 1, postea erasum est*) *N* || 7 Subiectique *B* || 8 fuisse *C* || 9 Nihil (h *correcta ex* b) *L* | actum — ueniebat (*vs. 12*) *bis B, sed posteriora, in quibus discrepat* hactum, *eras. m. 1* || 10 abispania *B* ab spaniam *I* | hasdrybal *N* hasdyybal *L* | annibalis *I* || 11 exercito (u *sup.* o) *B* | mole (e *correcta m. 1 ex* i) *B* || 12 erat] est *I* || 13 fratre *om. L* | iuncxisset *I* | set (t *in* d *mutavit m 1*) *B* | tantum — metaurum *om. C an* hunc quoque iam tum quom ab Alpe descenderat aput Metaurum castra? || 14 aput (t *in* d *mutata*) *B* apudque *I* | meditantem (di *expunctum*) *L* || 15 cum lauo *I* | in ultimum Italiae angulum summoverat *Halmius* || 16 angulo italiae *C* | summouerat *B* submouerat *I* | annibalem *A* || 17 nascentes *I* || 18 longissimum *B* | fuit *post* long. *add. B* est *add. I* | italię *B* || 20 coniunxerint *C* | inopinanterque *C* | collatis *B* | oppresserint (n *in rasura m. 1*) *B* conpresserint *C*

presserint, neque id fieri Hannibal senserit difficile dictu
est. certe Hannibal re cognita cum proiectum fratris 53
caput ad sua castra vidisset, 'agnosco' inquit 'infelicitatem
Carthaginis.' haec fuit illius viri non sine praesagio quo-
dam fati imminentis prima confessio; iam certum erat 54
Hannibalem etiam ipsius confessione posse vinci.

Sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus
Romanus magni aestimabat asperrimum hostem in sua
Africa debellare. duce igitur Scipione in ipsam Africam 55
tota mole conversus imitari coepit Hannibalem et Italiae
suae clades in Africam vindicare. quas ille, dii boni, 56
Hasdrubalis copias fudit, quos Syphacis Numidici regis
equitatus. quae quantaque utriusque castra facibus inlatis
una nocte delevit. denique iam non a tertio lapide, sed
ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat. sic factum 57
ut inhaerentem atque incubantem Italiae extorqueret Han-
nibalem. non fuit maior sub imperio Romano dies quam 58
ille, cum duo omnium et ante et postea ducum maxime
duces, ille Italiae, hic Hispaniae victor, collatis comminus
signis direxere aciem. sed et conloquium fuit inter ipsos
de legibus pacis: steterunt diu mutua admiratione defixi. 59
ubi de pace non convenit, signa cecinere. constat utrius- 60
que confessione nec melius instrui aciem nec acrius

I 1 neque id fieri annibal (al *cum marg. desectum*) senserit *in marg. B*[1] | annibal *I* | dictum (m *erasa*) *B* dictum *codd. Palat. Val. Iordanis* dictus *cod. Heid. Iordanis* ‖ 2 annibal *A* | fratris caput *praeter* put *in ras. B* ‖ 3 inquit (t *correcta ex* d *m. 1*) *B* inquid *I* ‖ 4 carthaginis (h *sup. vers. m. 1*) *N* | chartaginis *I* ‖ 5 inminentis *I* ‖ 6 annibalem *A* ‖ 8 hasperris mum (*posterior* s *erasa*) *B* ‖ 10 imitare *L* | annibalem *A* ‖ 11 africa *B* | diis (s *erasa*) *B* ‖ 12 hasdrybalis *N* hasdiibalis *L* | cupias *I* | fudit *om. C* | syfacis *N* sifacis *L* | numidici regis equitatus *A* exercitus fudit *C* ‖ 13 clasis *ante* castra *add. B* classis *I* | illatis *BL* ‖ 15 carthaginis (*posterior* i *correcta ex* e) *B* | chartaginis *I* ‖ 16 inaherentem (a *erasa*) *B* herentem *I* ‖ 18 cum *in* quum *mutavit B*[1] | antea *B* | maxime *B* maxime (e *in* i *mut. m. 2*) *N* maximi *I Livius XXX 30, 1* ‖ 19 duces (e *in* i *mutavit m. 2*) *N* | hic (c *correcta ex* s) *L* | ispanie *B* spaniae *I* ‖ 20 colloquium *CI* ‖ 21 et *post* pacis *add. B* | ammiratione *I* ‖ 22 uero *ante* de *add. I*

potuisse pugnari; hoc Scipio de Hannibalis, Hannibal de
61 Scipionis exercitu praedicaverunt. sed tamen Hannibal ces-
sit, praemiumque victoriae Africa fuit et secutus Africam
statim terrarum orbis.

XXIII. BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.

II, 7 Post Carthaginem vinci neminem puduit. statim Afri-
cam secutae gentes, Macedonia Graecia Syria ceteraque
2 omnia quodam quasi aestu et torrente fortunae, sed primi
omnium Macedones, adfectator quondam imperii populus.
itaque quamvis tum Philippus regno praesideret, Romani
3 tamen dimicare sibi cum rege Alexandro videbantur. Ma-
cedonicum bellum nomine amplius quam spectatione gentis
4 fuit. causa coepit a foedere Philippi, quo rex iam pridem
dominantem in Italia Hannibalem sibi socium iunxerat, postea
crevit implorantibus Athenis auxilium contra regis iniurias,
cum ille ultra ius victoriae in templa et aras et sepulchra
5 ipsa saeviret. placuit senatui opem tantis ferre supplici-
bus. quippe iam gentium reges duces, populi nationes
6 praesidia sibi ab hac urbe petebant. primum igitur Lae-
vino consule populus Romanus Ionium mare ingressus
tota Graeciae litora veluti triumphanti classe peragravit.
7 spolia quippe Siciliae Sardiniae, Hispaniae Africae prae-

I 1 potuisset (*posteriorem* t *expunx. m. 2*) *N* | hannibalis (h *sup. vers.*) *B* annibalis *I* annibal *I* | de scipionis — hannibal *om. B* ‖ 2 annibal *I* ‖ 3 africae (e *erasa*) *B* | secutus (cu *in* quu *mut. m. 1*) *B* ‖ 4 terterrarum (*prius* ter *erasum*) *N* ‖ 5 PRIMVM *om. N* ‖ 6 africam iam uinci *I* | statim — petebant (*vers. 19*) *om. I* ‖ 7 secutae sunt statim africam gentes *C* sed aequo iure ubique subactae *I* | macedonia — repetebant *om. I* ‖ 8 asiae *ante* aestu *add. B* | sed] sic *C* ‖ 9 affectator *L* ‖ 10 tunc *C* ‖ 13 aphoedere *B* | quod *B* ‖ 14 sociauerat *C* ‖ 15 inplorantibus *B* | iniurias (s *m. 2 in rasura*) *N* ‖ 16 et *ante* aras *om. C* sed (s *expunxit m. 2*) *add. N* | sepulchra (h *supra versum*) *B* ‖ 17 ferret (et *in* e *mutavit m. 1*) *B* ‖ 18 tam *N* ‖ 19 repetebant (n *supra versum*) *B* | Primo *C* ‖ 21 uelut *I* ‖ 22 hispaniae *om. I* | praeferebant *B* praferebat *N*

ferebat, et manifestam victoriam nata in praetoria puppi
laurus pollicebatur. aderat sponte in auxilium Attalus, 8
rex Pergamenorum, aderant Rhodii, nauticus populus, qui
navibus a mari, consul a terris omnia equis virisque
quatiebat. bis victus, bis fugatus rex, bis exutus castris, 9
cum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso volne-
rum aspectu, quae non spiculis nec sagittis nec ullo
Graeculo ferro, sed ingentibus pilis nec minoribus adacta
gladiis ultra mortem patebant. enimvero Flaminino duce 10
invios antea Chaonum montes Aoumque amnem per ab-
rupta vadentem et ipsa Macedoniae claustra penetravimus.
introisse victoria fuit. nam postea numquam ausus con- 11
gredi rex ad tumulos, quos Cynocephalas vocant, uno ac
ne hoc quidem iusto proelio opprimitur. et illi quidem 12
consul pacem dedit regnumque concessit, mox, ne quid
esset hostile, Thebas et Euboeam et grassantem sub
Nabide suo Lacedaemona conpescuit. Graeciae vero ve- 13

I 1 quam *ante* nata *add. I* | nata (*supra posteriorem* a *virgula, qua* m *significatur, erasa*) *B* | impraetoria *B* | puppe *C* ‖ 2 attalus (*prior* t *erasa*) *B* ‖ 3 et rodii *I* ‖ 4 quibus a mari: *corr. Freinshemius* qui bis a mari *Beckius* | consul a *om. L* | omniæ quis *in* omnia · equis *mut. N*[2] ‖ 5 bis uictus rex bis exutus bis fugatus castris *C* | macedonum *post* rex *add. I* ‖ 6 terribilius (*prior* i *correcta ex* e *m. 2*) *N* | macedonibus (b *supra versum*) *B* | uulnerum *AL* ‖ 7 aspecto (u *supra* o) *B* aspectu *LI* ‖ 9 mortem (t *expunxit m. 1*) *N* | flamminio *A* flaminio *C* | populus Romanus *post* duce *add. I* ‖ 10 ante achaonum *B* antea achaonum *C* | sauum que *B* dumque *C* saumque *I*: *corr. Vinetus* | omnem *C* | abruta *B* abrupta (p *supra versum*) *L* abruptam *codd. Heid. Pal. Iordanis* abrutam *cod. Val. Iordanis* abrutum *cod. Poll. Iordanis* ‖ 11 et ipsa *C* adipsa *bis, sed prioribus erasis B* et ad ipsa *I* id est ipsa *Freinshemius* | maecedoniae (*prima* e *erasa*) *B* machedoniae *L* | penetrabimus *N* penetrauit *I* ‖ 13 direxit *post* rex∼ *add. L* | cynocefalas *B* cynocephalos *I* | ac] hac *B* ‖ 14 proemio oppremitur *I* | et illi — didicit (*p. 68, 11*) *om. I* ‖ 15 nequit (t *in* d *mutavit m. 2*) *N* ‖ 16 esset (*supra* t *virgula erasa*) *N* | hostile (*supra* e *virgula, qua* m *significatur, erasa*) *N* | grassentem (a *supra priorem* e *m. 2*) *N* grassentem *L* | sub nam|bide *B* sum mauíde *N* summa uide *L* ‖ 17 tyranno *ante* suo *add. B* | et *ante* lacedemona *add. B* | græ̃ *in* greciȩ *mutavit B*[1] | uero *om. L*

terem statum reddidit, ut legibus viveret suis et avita
14 libertate frueretur. quae gaudia, quae vociferationes fuerunt, cum hoc forte Nemeae in theatro quinquennalibus ludis a praecone caneretur! quo certavere plausu! quid
15 florum in consulem profuderunt! et iterum iterumque praeconem repetere vocem illam iubebant qua libertas Achaiae pronuntiabatur, nec aliter illa consulari sententia quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium cantu fruebantur.

XXIIII. BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.

II, 8 Macedoniam statim Asia et regem Philippum Antiochus excepit quodam casu, quasi de industria sic adgubernante fortuna ut quem ad modum ab Africa in Europam, sic ab Europa in Asiam ultro se suggerentibus causis imperium procederet, et cum terrarum orbis situ ipse ordo
2 victoriarum navigaret. non aliud formidolosius fama bellum fuit; quippe cum Persas et orientem, Xerxen atque Darium cogitarent, quando perfossi invii montes, quando
3 velis opertum mare nuntiaretur. ad hoc caelestes minae territabant, cum umore continuo Cumanus Apollo sudaret.

1 habita *L* ‖ 2 gaudia (e *post posteriorem* a deleta) *B* ‖ 3 nemeæ (*secunda* e *supra versum m. 1*) *N* | quinque nalibus *B* ‖ 4 canaretur *B* | plaussu *N* ‖ 5 consulem (consu *in rasura*) *B* | profuerunt *B* ‖ 6 illam uocem *C* | iubebat *C* ‖ 7 consularis *L* ‖ 8 fidium (*posterior* i *supra versum m. 2*) *N* | cantu (u *correcta ex* o) *B* cantum (m *expunxit m. 1, deinde m. 2 litterae* u *virgulam, quae* m *significat, imposuit, quae postea erasa est*) *N* ‖ 10 SIRIACVM *L* | ANTIOCKI *N* ‖ 11 Asia *om.*: *ante* statim *add. Halmius* statim Syria *Freinshemius* | anthiocus *B* antiocus *L* ‖ 12 quadam quasi industria *Freinshemius* quadam casum quasi industria *I. F. Gronovius* quasidem dustria *in* quaside industria *mutavit B*[1] | de *om. C* ‖ 13 aut *N* | ad *om. L* | ab *supra versum B* | in achaiam *B* ineurópam *L v. Orosius IV 20, 12* ‖ 14 ab achaia *B* ‖ 15 situs *B* ‖ 16 aliut *N* ‖ 17 xersen *B* exersen *L* | adque *B* adque (d *in* t *mutavit m. 2*) *N* ‖ 18 niuei *L* | montis *B* ‖ 19 ut hoc *N* ‖ 20 terribant *B* | humore (h *m. 2*) *N* humore *L* | cymanus *L* | suaderet *N*

sed hic faventis Asiae suae numinis timor erat. nec sane 4
viris opibus armis quicquam copiosius Syria; sed in ma-
nus tam ignavi regis inciderat ut nihil fuerit in Antiocho
speciosius quam quod a Romanis victus est. inpulere 5
regem in id bellum illinc Thoas, Aetoliae princeps, in-
honoratam apud Romanos querens adversus Macedonas
militiae suae societatem, hinc Hannibal, qui in Africa
victus, profugus et pacis inpatiens hostem populo R.
toto orbe quaerebat. et quod illud fuisset periculum, si 6
se consiliis eius rex tradidisset, id est si Asiae viribus
usus fuisset miser Hannibal? sed rex suis opibus et
nomine regio fretus satis habuit bellum movere. Europa 7
iam dubio procul iure belli ad Romanos pertinebat. hic
Lysimachiam urbem in litore Thracio positam a maioribus
suis Antiochus ut hereditario iure repetebat. hoc velut 8
sidere Asiatici belli mota tempestas. set maximus regum
contentus fortiter indixisse bellum cum ingenti strepitu
ac tumultu movisset ex Asia, occupatis statim insulis
Graeciaeque litoribus otia et luxus quasi victor agitabat.
Euboean insulam continenti adhaerentem tenui freto reci- 9
procantibus aquis Euripus abscindit. hic ille positis aureis

1 sine *N* | oppibus (*prior* p *supra versum*) *L* ‖ 2 armis quicquam *L* armisque quicquam *B* armisque id quam *N* | manibus *N* ‖ 3 indicerat *in* inciderat *mutavit B* | fuerit (i *correcta ex* a *m. 1*) *B* ‖ 4 quot *B* | impuluere (*posterior* u *erasa*) *N* ‖ 5 mino thea sa etoliae *B* | etoliæ (et *m. 1 in rasura*) *N* ‖ 7 annibal *B* ‖ 8 · po · r · (*puncta m. 2*) *N* populum romanum *L* ‖ 9 orbeque rebat *B* | illud (u *correcta ex* e) *B* | fuisset imperator *Hauptius* fuisset minister *Freudenbergius* fuisset Afer *C. Meiserus, at cf. II 9, 11* ‖ 11 annibal *B* ‖ 12 nomine (i *correcta ex* e) *B* nomine (ne *add. m. 1*) *N* | abuit (uit *evanidum restituit m. 1*) *B* | Európa iam *L* europaa (*prior* a *erasa*) iam *B* europiam (*supra* p *virgulam quae* a *significat posuit et* i *expunxit m. 2*) *N* ‖ 13 procul dubio N^2 | belli *om. C* ‖ 14 dysimaciam (d *in* l *mutavit m. 1*) *N* lisimaciam *L* ‖ 15 antiochus (u *correcta ex* o) *B* | uthereditario (h *supra versum m. 2*) *B* ‖ 16 asiastici (*posteriorem* s *expunx. m. 2*) *N* | bella (i *supra* a *m. 2*) *N* | et: *corr. Freinshemius* ‖ 17 indixisse *ante* contentus. *add. B* | conuentus *C* | induxisse *B* | cum *om. B* ‖ 19 quasi] tamquam *C* ‖ 20 euboeam *N* euboeã *L* | tenuit *N* ‖ 21 abs cidit (abs *corr. ex* ex) *B*

sericisque tentoriis sub ipso freti murmure, cum prae-
fluentes aquae tibiis fidibusque concinerent, conlatis undi-
que quamvis per hiemem rosis, ne non aliquo genere
ducem agere videretur, virginum puerorumque dilectus
10 habebat. talem ergo regem iam luxuria sua debellatum
Acilio Glabrione consule populus R. in insula adgres-
sus ipso statim adventus sui nuntio coegit ab insula
11 fugere. tum praecipitem aput Thermopylas adsecutus,
locum trecentorum Laconum speciosa caede memorandum,
ne ibi quidem fiducia loci resistentem mari ac terra cedere
12 coegit. statim et e vestigio itur in Syriam. classis regia
Polyxenidae Hannibalique commissa — nam rex proelium
nec spectare poterat — duce Aemilio Regillo, adremigan-
13 tibus Rhodîs tota laceratur. ne sibi placeant Athenae; in
Antiocho vicimus Xerxen, in Aemilio Alcibiaden aequavimus,
14 Epheso Salamina pensavimus. tum consule Scipione, cui
frater, ille modo victor Carthaginis Africanus, aderat vo-
luntaria legatione, debellari regem placet. et iam toto
15 cesserat mari, sed nos imus ulterius. Maeandrum ad
amnem montemque Sipylum castra ponuntur. hic rex,

abscidit *C nescio an vere, v. Vergil. Aen. III 418, Seneca ad Marc. 17, 2* ‖ 1 siricisque *B* | cum prefluentes aque tibiis *B* cum interfluenta tibiis *N* cum inter fluentatibus *L* ‖ 2 contineret (c *supra priorem* t *m. 1*) *N* concineret *L* | collatis *B* ‖ 3 quanuis *L* | aliquod (d *supra versum*) *B* ‖ 4 ducem gener.et *B* ducum genere *C* | agere uideretur *om. B* | delectus *L* ‖ 5 sua luxuria *C* ‖ 6 populus romanus (p̊r̊. [*puncta m. 2*] *N*) *ante* acilio *C*, *an delendum? v. ad p. 30, 9* | aggressus *L* ‖ 8 cum *B* | apud (d *correcta ex* t) *B* | thermopylas (h *correcta ex* c) *B* | assecutus *L* ‖ 9 trecentis *C* | clade *B* sede (s *in* c *mutavit m. 2*, *sed postea erasit*) *N* ‖ 11 et ex *C* | siriam *L* | clausis *N* | stregia *N* regi *L* ‖ 12 polixenidi *N* apolyxenidie *L* | annibalique *B* | commissea (e *expuncta*) *L* ‖ 13 igitur *ante* duce *add. C* ‖ 14 rhodiis *B* | placeat|henae (h *in* b *mutavit m. 1*) *N* ‖ 15 anthioco *L* | uicinus *L* | xersen *B* | alcibiadẽ *B* alcibiadexn (*posterior* a *in rasura*, n *expunxit m. 1*) *N* alcibiadem *L* ‖ 16 efesiis *N* Efessus *L* | pensamus *N* ‖ 17 aderat *post* legatione *C* ‖ 18 debellari (*posterior* e *correcta ex* a) *B* ‖ 19 imus *radendo ex* cessimus, *ut videtur, correctum N* ‖ 20 Sipylum] sypylum. (*posterior* y *ex* i *correcta m. 1*) et spilum *N*

incredibile dictu quibus auxiliis, quibus copiis, consederat.
trecenta milia peditum, equitum falcatorumque curruum 16
non minor numerus. elephantis ad hoc inmensae magni-
tudinis, auro purpura argento et suo ebore fulgentibus
aciem utrimque vallaverat. sed haec omnia praepedita 17
magnitudine sua, ad hoc imbre, qui subito superfusus
mira felicitate Persicos arcus corruperat. primum trepi-
datio, mox fuga, deinde triumphus fuerunt. victo et sup- 18
plici pacem partemque regni dari placuit eo libentius,
quod tam facile cessisset.

XXV. BELLVM AETOLVM.

Syriaco bello successit, et debebat, Aetolicum. victo II, 9
quippe Romanus Antiocho faces Asiatici belli perseque-
batur. ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio est. hic pro- 2
tinus caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi, machinis
quatit. secuta deditio est. aderant Aetolorum precibus 3
Attici Rhodii, et memineramus auxilii; sic placuit ignoscere.
serpsit tamen latius in proximos bellum omnemque late 4
Cephallaniam Zacynthon et quidquid insularum in eo mari
inter Ceraunios montes iugumque Maleum; Aetoli belli
accessio fuerunt.

1 considerat *L* ‖ 2 falcatoremque *B* | curruum *correctum ex* turrium *L* ‖ 3 inmensa *B* immensae *N* ‖ 4 pur pora *B* purpora *N* | ebure *N* ‖ 5 utrinusque (n *expunxit m. 2*) *N* utrinusque *L* | uariauerat *B* uallauerant *C* | praepidita (*prior* a *inter scribendum inserta*) *B* praedita *C* ‖ 6 imber *Graevius* ‖ 7 artus *L* | perruperat *B* ‖ 8 dehinc *C* [fuerunt]? ‖ 9 partemque *B* atque partem *C* ‖ 11 AETOLJ CUM ·,· *N* ETOLICVM · *L* ‖ 12 syriatico *N* SIRIATICO *L* | debebatur *N*[2] | aetolicum *BL* etolicum *N v. Livius XXVI 25, 4* Aetolum *Iahnius* ‖ 13 asiatici (*prior* a *in ras. m. 1*) *B* | persequabatur *B* ‖ 15 phirrhi *in* pyrrhi *mut.* *B*[1] pirrhi *L* ‖ 17 atici *L* | memineramus (i *ex* e *correcta m. 1*) *B* auxiliis (s *expunxit m. 1*) *N* ‖ 18 latius (u *correcta ex* o *m. 1*) *B* | omnisque late Cephallenia, Zacynthos *Freinshemius* ‖ 19 cefalleniam *C* | zacynthon (h *supra versum m. 1*) *N* | quicquid *L* | insularũm *L* ‖ 20 ceraunios] cetera · unios *L* | aetolici *N* ętolia *L*

XXVI. BELLVM HISTRICVM.

II, 10 Histri secuntur Aetolos; quippe bellantes eos nuper
2 adiuverant. et initia pugnae hosti prospera fuerunt eadem-
que exitii causa. nam cum Gnaei Manli castra cepissent
opimaeque praedae incubarent, epulantes ac ludibundos
plerosque, qui aut ubi essent, prae poculis nescientes
3 Appius Pulcher invadit. sic cum sanguine et spiritu male
partam revomuere victoriam. ipse rex Aepulo equo inpo-
situs cum subinde crapula et capitis errore lapsaret,
captum sese vix et aegre, postquam expergefactus est,
didicit.

XXVII. BELLVM GALLOGRAECVM.

II, 11 Gallograeciam quoque Syriaci belli ruina convolvit.
2 fuerint inter auxilia regis Antiochi, an fuisse cupidus
3 triumphi Manlius Vulso simulaverit dubium; certe negatus
est victori triumphus, quia causam belli non adprobavit.
ceterum gens Gallograecorum, sicut ipsum nomen indicio

I 1 HYSTRICUM *B* ‖ 2 Histri∗∗∗ (*erasum* cum, *ut videtur*) *N* | sequuntur *B* ‖ 3 adiuuauerunt *in* adiuuerant *mut. B*¹ | prospera hosti *C* | fuerant *B* ‖ 4 exiiti *in* exitii *mut. N*² exitu *L* | causam̃ (m *et virgulam del. m. 2*) *N* | gnaei *B* cn. *N* en̄ *L* manilii *B* mali *C* mallij *N*² ‖ 5 optimaeque *C* | incubant *B* ‖ 6 qui *om. C* ‖ 7 sicum *B* ‖ 8 partam (*posterior* a *m. 1 correcta ex* e) *B* | remouomuere (mo *expunxit m. 1*) *N* | Aepulo *Livius XLI 11* Epulo *Ennius ann. XVI 436 M.* apulo (po *supra* pu *posuit m. 1*) *B* apulo *C* | impositus *N* ‖ 9 et iactaret *post* capitis *add. N* iactatus (*et expunx. m. 2*) *N*² | *ad* lapsaretur (ur *del. m. 2*) uel iactaret *in margine m. 1 Parisinus 7701* ‖ 10 experrectus *C* ‖ 12 GALLOGRECORUM *B* ‖ 13 autem id est galatiam *post* Gallogreciam *add. I* | syriatici *N* siriatici *L* ‖ 14 fuerint (i *m. 2 mutatura erat in* u, *sed postea* i *restituit*) *B* fuerant *C* fuit namque *I* | anthiochi *I* | fuisset *C* ‖ 15 uisos *B* aneos uisos *N* an eos uisos *L* uisus *I*: *corr. Mommsenus* | est *post* dubium *LI* | certe *C* hac|perte *B* a|perte *B*¹ at certe *Iahnius* est; certe *Halmius* | certe — mollita est (*p. 69, 5*) *om. I* | negatum *in* negatus *mut. B* ‖ 16 uictor *B* | non *bis B* | approbauit *BL* ‖ 17 iterum *B*

est, mixta et adulterata est: reliquiae Gallorum, qui
Brenno duce vastaverant Graeciam, orientem secuti in
media Asiae parte sederunt; itaque uti frugum semina 4
mutato solo degenerant, sic illa genuina feritas eorum
Asiatica amoenitate mollita est. duobus itaque proeliis 5
fusi fugatique sunt, quamvis sub adventu hostis relictis
sedibus in altissimos se montes recepissent. Tolostobogi
Olympum, Tectosagi Magabam insederant. utrimque fundis
sagittisque detracti in perpetuam se pacem dediderunt.
sed alligati miraculo quidam fuere, cum catenas morsibus 6
et ore temptassent, cum offocandas invicem fauces prae-
buissent. nam Orgiacontis regis uxor a centurione stuprum
passa memorabili exemplo custodiam evasit revolsumque
adulteri hostis caput ad maritum reportavit.

XXVIII. BELLVM MACEDONICVM SECVNDVM.

Dum aliae aliaeque gentes Syriaci belli secuntur ruinam, II, 12
Macedonia se rursus erexit. fortissimum populum me- 2

I 1 adulterate (*om.* est) *L* | quibus (*sic*) brenno — euerterat *post* perirent (*II 9, 20*) *C* ‖ 2 inorientem *N* moriente *L* | sicuti *B* ‖ 3 ut *C* | frugu (*sup. posteriorem* u *virgula, quae* m *significat, erasa*) seminam *B* seminac (*sic*) *L* ‖ 4 genuita (ta *in* na *mut. m. 1*) *N* ‖ 6 fusi (si *correctum ex* ga) *L* | auentu (*posterior* u *correcta ex* o) *B* | ostis *I* hosti *L* ‖ 7 recepissent (*secunda* e *correcta ex* i *m. 1*) *B* | colos cobegi olympum *B* colosobegit olympum *I* solos tolo gio rum *N* solos tologiorum *L* ‖ 8 tec tossagi atiam (*prior* s *supra versum, sed erasa*) *N* tectos satagiam *L* ‖ 8 magabant *B* magaba *I*: *corr. H. Muellerus annal. philol. CIII (1871) p. 566* | insiderant *L* | utrimque (im *additum inter scribendum*) *B* utrique *L* ‖ 9 detracti *A* acti *C* | imperpetuam *L* | sed (d *expunxit m. 1*) *N* | dedederunt *L* ‖ 10 alligati (*posterior* i *correcta ex* o) *B* | miraculo (l *correcta ex* s) *L* | quodam: *corr. Lipsii auditor nescio quis* | catena *B* catenas (*posterior* a *correcta ex* i) *L* ‖ 11 effocandas *B* offucandas *I* ‖ 12 regis *om. A* | stuprum passa *C* struprum *B* stuprum *I* stuprata *Iahnius* ‖ 13 reuulsumque *LI* ‖ 14 adulteri hostis *A* militis *C* | capud *L* | suum *post* maritum *add. C* | retullit *N* retulit *L* ‖ 15 MACEDONUM *C* | SECVNDVM] ·II· *add.* N^1 ‖ 16 Dum aliae — consulis Crassi (*I 46, 2*) *om. I* | syriaci (y *correcta ex* i) *B* syriatici *N* siriaci *L* | belli belli *B* ‖ 17 macedoniam (*posterior*

moria et recordatio suae nobilitatis agitabat, et successerat
Philippo filius Perses, qui semel in perpetuum victam
3 esse Macedoniam non putabat ex gentis dignitate. multo
vehementius sub hoc Macedones quam sub patre exurgunt.
quippe Thracas in vires suas traxerant atque ita in-
dustriam Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum
4 disciplina Macedonica temperavere. accessit his consilium
ducis, qui situm regionum suarum a summo speculatus
Haemo positis per abrupta castris ita Macedoniam suam
armis ferroque vallaverat ut non reliquisse aditum nisi a
5 caelo venturis hostibus videretur. tamen Marcio Philippo
consule eam provinciam ingressus populus R. explo-
ratis diligenter accessibus per Ascurida paludem Per-
rhaebosque tumulos illa volucribus quoque, ut videbantur,
invia accessit regemque securum et nihil tale metuentem
6 subita belli inruptione deprehendit. cuius tanta trepidatio
fuit ut pecuniam omnem in mare iusserit mergi, ne periret,
7 classem cremari, ne incenderetur. Paulo consule cum
maiora et crebriora essent inposita praesidia, per alias

m *erasa*) *B* | se *om.* *B* | memoria (e *correcta ex* o) *L* ‖ 1 recordatione (ne *supra versum m. 2*) *N* ‖ 2 phillippo *L* | perses *om.* *B* | uictam (c *supra versum m. 1*) *B* ‖ 4 ueementius *B* | maccédones *L* | consurgunt *C* ‖ 5 Qui|pe *L* | tra chas *C* | in res *Iahnius, at cf. Iustinus III 2, 3* | traxerat *B* | adque *B* | industria ‖ 6 macedonibus (ni *in rasura m. 1*) thracum disciplina *reliquis omissis* *B* | tracum *L* | trhacum *N* trachum *L* ‖ 7 dis ciplinamacedonica (*virgula quae* m *significat supra priorem* a *erasa*) *B* disciplinam macedonicam *C* | temperauerunt (runt *compendio scriptum*) *C* | hic *N* | consilium (*posterior* i *supra versum*) *N* ‖ 8 a *om.* *C* ‖ 9 abruta ‖ 10 uallauerant *N* | reliquisset *B* ‖ 11 uiderentur *C* ‖ 12 nam: *corr. Heinsius, an olim fuit* hanc *et* eam *illo corrupto adiectum?* ‖ 13 astudam (*posterior* a *correcta ex* e) paludem (e *correcta ex* a) *B* astundam paludem *C*: *corr. Heinsius ex Livio XLIV 2, 3* | perrhebosque *B* per acerbos dubiosque *C* ‖ 14 tumulos (ul *in* ill *mutatum*) *B* | quae *post* illa *add.* *N* que *L* | uṭ *om.* *C* | uidebatur *C* ‖ 16 eruptione terruit *C* | depreendit (*spiritus m. 2*) *B* ‖ 18 et *ante* classem *add.* *B* | neincenderentur *L* ‖ 19 creba *N* crebra *L*

vias Macedonia deprensa est, summa quidem arte et in-
dustria ducis, cum alia minatus alia inrupisset. cuius 8
adventus ipse adeo terribilis regi fuit ut interesse non
auderet, sed gerenda ducibus bella mandaverit. absens 9
ergo victus fugit in maria insulamque Samothracen, fretus
celebri religione, quasi templa et arae possent defendere,
quem nec montes sui nec arma potuissent. nemo regum 10
diutius amissae fortunae conscientiam retinuit. supplex
cum scriberet ad imperatorem ab illo quo confugerat
templo nomenque epistola enotaret suum, regem addidit.
sed nec reverentior captae maiestatis alius Paulo fuit.
cum in conspectum venisset hostis, in tribunali recepit 11
et conviviis adhibuit liberosque admonuit suos ut fortu-
nam, cui tantum liceret, revererentur. inter pulcher- 12
rimos hunc quoque populus R. de Macedonia duxit ac
vidit triumphum; quippe cuius spectaculo triduum im-
pleverit. primus dies signa tabulasque, sequens arma 13
pecuniam transvexit, tertius captivos ipsumque regem ad-
tonitum adhuc tamquam subito malo et stupentem. sed 14
multo prius gaudium victoriae populus Romanus quam
epistolis victoris praeceperat. quippe eodem die, quo
victus est Perses in Macedonia, Romae cognitum est: duo 15

1 depressa *C* || 2 alias ẹ̄minatus (*lineola et puncta m. 1*) *N* alia semina tus *L*, *merito tamen vetuit N. Heinsius* eminandi *verbum, quod nisi apud Plaut. Capt. 891 non reperitur, recipi*; alia se minatus *I. Vossius* | alias inrepisset *C* || 3 ipse eo *C* | terribi li *L* || 4 mandauerat *L* || 5 samothracē *L* || 6 delubri *Tollius* | ore *L* | Yronia N^2 *in marg.* || 8 ammissae *B* | suplex *N* || 9 ad] et *B* | æ illo *N* de illo N^2 | quo *add.* N^1 || 10 epistola enotaret: *correxi* epistola denotaret *N. Heinsius* epistolae praenotaret *Graevius* || 12 conspectu *B* | reuerentior (*posterior* e *correcta ex* i) *B* || 12 tribunali (nal *in rasura quattuor litterarum, quarum prima fuit* l *vel* b, *ultima* n) *B* templum *N* tabernaculum *Goertzius* || 14 ciuitatem licet et *in* cui tantum liceret *mutavit B* || 15 ad *post* duxit *et* ui *ante* uidit *erasit B* || 16 cum|ius *N* || 17 primus (m *supra versum m. 1*) *B* || 18 pecunias *C* | attonitum *BL* adtonitum (d *in* t *mutavit m. 1*) *N* || 19 et *om.* *L* || 21 epistulis *B* | quod (d *deleta*) *B* || 22 cum *ante* duo *add. B*

iuvenes candidis equis apud Iuturnae lacum pulverem et cruorem abluebant. hi nuntiavere. Castorem et Pollucem fuisse creditum volgo, quod gemini fuissent; interfuisse bello, quod sanguine maderent; a Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

XXVIIII. BELLVM ILLYRICVM SECVNDVM.

II, 13 Macedonici belli contagio traxit Illyrios; si quidem ut
Romanum a tergo distringerent, a Perse rege conducti
2 pecunia militaverunt. sine mora ab Anicio praetore sub-
iguntur. Scodram caput gentis delesse suffecit; statim
secuta deditio est. denique hoc bellum ante finitum est
quam geri Romae nuntiaretur.

XXX. BELLVM MACEDONICVM TERTIVM.

II, 14 Quodam fato, quasi ita convenisset inter Poenos et
Macedonas ut tertio quoque vincerentur, eodem tempore
2 utrique arma moverunt. sed prior iugum excutit Macedo,
3 aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur. causa
belli prope erubescenda. quippe regnum pariter et bellum
vir ultimae sortis Andriscus invaserat, dubium liber an
servus, mercennarius certe; sed qui vulgo Philippus ex

1 diuturnæ *N* uiturnae *L* ‖ 3 uulgo *BL* | interfuissent (nt *expunctae*) *L* ‖ 4 sanguinem aderent (m *supra versum m. 1*) *B* sanguinem adherent *in* sanguine aherent (*sic*) *mutavit* N^2 ‖ 5 anelarent *L* ‖ 6 ILLIRICUM *C* | SECVNDVM *om. C* ‖ 7 illyros *N* illirio *L* | ipsi quidem *BN* sed ipsi quidem *L*: *corr. Iahnius* ‖ 8 a *om. B* | tergo (go *supra versum m. 1*) *N* | destringerent *B* | conducti (ti *supra versum m. 1*) *N* ‖ 9 pecunia (p *correcta ex* d *m. 1*) *N* | abainitio *L* ‖ 10 scoriadam (*priorem* a *erasit m. 1*) *B* scordam *C* | gentis (i *m. 1 correcta ex* e) *N* | delessese (*prius* se *deletum*) *N* adisse *Sauppius* ‖ 13 TERTIVM *om. N* ‖ 14 facto. *L* | poenos (*posterior* o *correcta ex* a *m. 1*) *B* ‖ 15 uinceretur *L* ‖ 17 arte *N* | contennitur *L* ‖ 20 quia uulgo philippus persae filius uocabatur. (ex similitudine *et* pseudophilippus *om.*) *B* quia uulgo philippus ex similitudine

similitudine Philippi Persae filii vocabatur, regiam formam, regium nomen, animum quoque regis implevit.
igitur dum haec ipsa contemnit populus R., Iuventio 4
praetore contentus, virum non Macedonicis modo sed Thraciae quoque auxiliis ingentibus validum temere temptavit invictusque a veris regibus ab illo imaginario et
scaenico rege superatus est. sed consule Metello amissum 5
cum legione praetorem plenissime ultus est. nam et Macedoniam servitute multavit et ducem belli deditum ab eo ad quem confugerat Thraciae regulo in urbem in catenis reduxit, hoc quoque illi in malis suis indulgente fortuna ut de eo populus Romanus quasi de rege vero triumpharet.

XXXI. BELLVM PVNICVM TERTIVM.

Tertium cum Africa bellum et tempore exiguum — nam II, 15
quadriennio patratum est — et in conparationem priorum minimum labore — non enim tam cum viris quam cum ipsa urbe pugnatum est — sed plane maximum eventu:

philippi speudo filippus (philippus *L*) uocabatur (*om.* persae filii) *C*: *corr. Sauppius* ‖ 2 animo quoque regio *C* animum quoque regium *F. E. Koehlerus* mimo quoque regio *I. F. Gronovius* ‖ 3 contempnit (p *expunx. m. 2*) *N* contempnit *L* ‖ 4 proetore (a *sup. priorem* e *erasa*) *B* | contemptus *N* | macedonicis (*posterior* c *correcta ex* s) *B* ‖ 5 thraacie (*posterior* a *erasa*) *B* trachiae *L* ‖ 6 inuictusque non a ueris regibus sed *C* Jnualidus que non ueris regibus sed (a *om.*) *B*: *corr. Freinshemius* invalidus, quique non a veris regibus, est ab illo . . . superatus *Mommsenus* invalidus, quique non a veris regibus, ab illo . . . superatus est *Halmius* inualidus atque non a veris regibus, sed ab illo . . . superatus est *Iahnius* | imaginario (*prima* i *correcta radendo ex* in) *B* ‖ 7 superatus (est *om.*) *N* superatur *L* | consul (ul *add. m. 1*) metellus *B* | ammissum (*prior* m *lineola transfixa, postea erasa*) *B* ‖ 8 legione (le *supra versum*) *B* | uultus *L* ‖ 9 at·(t *in* d *mutavit m. 1*) *B* ad *supra versum L* ‖ 10 trhacie *B* ‖ 12 ut deo *N* ut de hoc N^2 ‖ 15 cum africa *C* punicum *B* ‖ 16 raptum *B* | cōparationem *B* conparatione *C* ‖ 18 et plane *B*, *at v. II 13, 26* | maximo *N* | euentum *B*

2 quippe tandem Carthago finita est. atquin siquis trium
temporum momenta consideret, primo commissum est
3 bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum. sed
huius causa belli, quod contra foederis legem adversus
4 Numidas quidem, sed parasset classem et exercitum. fre-
quens autem Masinissa finis territabat; sed huic ut bono
socioque regi favebatur. cum de bello sederet, de belli
fine tractatum est. Cato inexpiabili odio delendam esse
Carthaginem et cum de alio consuleretur pronuntiabat,
5 Scipio Nasica servandam, ne metu ablato aemulae urbis
luxuriari felicitas inciperet; medium senatus elegit, ut urbs
6 tantum loco moveretur. nihil enim speciosius videbatur
7 quam esse Carthaginem, quae non timeretur. igitur Ma-
nilio Censorinoque consulibus populus R. adgressus Car-
thaginem spe pacis iniecta traditam a volentibus classem
8 sub ipso ore urbis incendit. tum evocatis principibus, si
salvi esse vellent, ut migrarent finibus imperavit. quod
pro rei atrocitate adeo movit iras ut extrema mallent.
comploratum igitur publice statim et pari voce clamatum
9 est 'ad arma' seditque sententia quoquo modo rebel-
landum, non quia iam spes ulla superesset, sed quia
patriam suam mallent hostium quam suis manibus everti.
10 qui rebellantium fuerit furor vel hinc intellegi potest, quod
in usum novae classis tecta domuum resciderunt; in armo-
rum officinas aurum et argentum pro aere ferroque con-

1 adquin *B* | atque *C* ‖ 2 punicum *post* est *add.* *B* ‖ 3 est *post* confectum *add.* *BL* ‖ 4 phoederis *B* ‖ 5 sed parassent (n *supra versum*) *B* separasset *C* reparasset *Salmasius* | clasem *B* clausem (u *in* s *mutavit m. 1*) *N* ‖ 6 masinissae *BC*: *corr. Iahnius* | fines *L* | tentabat *Dukerus* | ut *om.* *C* ‖ 7 de *post* cum *om.* *C* | bellum (*om.* de) *Voss.* ‖ 8 tractum *N* | hodio *B* ‖ 10 na sic *in* nasica *correxit* *N*[2] ‖ 11 urbis *post* felicitas *add.* *BC*: *corr. vg.* *an* felicitate inciperent? | ut bis *in* ut urbs *mutavit* *B*[1] ‖ 14 aggressus *L* ‖ 15 iniecta *BN*[2] intecta *C* ‖ 17 uellent (ll *correcta ex* u) *N* | imperatum *C* ‖ 18 pro re *C* pro ręi *N*[2] | mouit (t *correcta ex* s) *L* ‖ 19 statum. *L* ‖ 20 armas (s *expunxit m. 1*) ‖ 23 intelli *L* | *ante* poteest (*sic*) potest *in fine versus erasum* *B* ‖ 24 nouale *L* | domusque *C* | reciderunt *B* ‖ 25 aurum argento (*om.* et) *B*

flatum est, in tormentorum vincula crinis suos matronae
contulerunt. Mancino deinde consule terra marique fer-
vebat obsidio. operti portus, nudatus est primus et se- 11
quens, iam et tertius murus, cum tamen Byrsa, quod
nomen arci fuit, quasi altera civitas resistebat. quamvis 12
profligato urbis excidio tamen fatale Africae nomen Sci-
pionum videbatur. igitur in alium Scipionem conversa
res p. finem belli reposcebat. hunc Paulo Macedonico
procreatum Africani illius magni filius in decus gentis
adsumpserat, hoc scilicet fato ut quam urbem concus-
serat avus nepos eius everteret. sed quem ad modum 13
maxime mortiferi morsus solent esse morientium bestiarum,
sic plus negoti fuit cum semiruta Carthagine quam cum
integra. conpulsis in unam arcem hostibus portum quo- 14
que mari Romanus obstruxerat. illi alterum sibi portum
ab alia urbis parte foderunt, nec ut fugerent; sed qua
nemo illos nec evadere posse credebat, inde quasi enata
subito classis erupit, cum interim iam diebus, iam nocti- 15
bus nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum
hominum manus quasi ex obruto incendio subita de cine-
ribus flamma prodibat. deploratis novissime rebus triginta 16
sex milia virorum se dediderunt — quod minus credas —

1 crines *B N² L* | matronæ crinis suos *C* ‖ 2 feruerat *N* ferbuerat *N²* ‖ 3 operis portus *C* | est *B* et *C* ‖ 4 maurus *L* ‖ 7 alium (u *correcta ex* e) *B* ‖ 8 macedonicum *B* | procreatom (o *in* v *mutavit m. 1*) *N* ‖ 9 africam *L* | illius (*posterior* i *supra versum m. 2*) *N* | filius *in* filio *mutavit N²* | in *ante* decus *om. B* ‖ 10 adsumpserant *B* assumpserat *L* | facto (c *erasa*) *B* ‖ 11 auius ∼ *L* | uerteret *C* | quam (ad modum *om.*) *C* ‖ 12 esse morsus solent *C* ‖ 13 negoti fuerit *in* negotii fuit *mut. N²* | negotii *B L* | semi rupta *B* | cum *om. C* ‖ 14 terra *post* integra *inseruit Freudenbergius* ‖ 15 mars *C* | obsederat *C, at v. Livii perioch. 51 et mus. Rhen. XLIV* (*1889*) *p. 87* | alterum *C* autem *B* | ibi *C* ‖ 16 quia *L* ‖ 17 euadere (*tertia* e *correcta ex* et) *B* | nota *B* ‖ 18 Tum *L* ‖ 19 aliqua (i *m. 1 sup. vers.*) *N* | noua *post* moles *om. B* ‖ 20 obricito *L* | subito (o *in* a *mutavit m. 2*) *N* ‖ 12 deploratis (e *in rasura*) *B* | quadraginta (*supra versum* xL *m. 2*) semilia (se milia *m. 2*) *N* .xL. sex milia *L* ‖ 22 se *om. C* | quo *B* quid *Freudenbergius*

17 duce Hasdrubale. quanto fortius femina et uxor ducis!
quae conprehensis duobus liberis a culmine se domus in
medium misit incendium imitata reginam quae Carthaginem
18 condidit. quanta urbs deleta sit, ut de ceteris taceam,
vel ignium mora probari postest. quippe per continuos
decem et septem dies vix potuit incendium extingui· quod
domibus ac templis suis sponte hostes inmiserant; ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.

XXXII. BELLVM ACHAICVM.

II, 16 Quasi saeculum illud eversionibus urbium curreret,
ita Carthaginis ruinam statim Corinthos excepit, Achaiae
caput, Graeciae decus, inter duo maria, Ionium et Aegaeum,
quasi spectaculo exposita. haec — facinus indignum —
ante oppressa est quam in numerum certorum hostium
2 referretur. Critolaus causa belli, qui libertate a Romanis
data adversus ipsos usus est legatosque Romanos, dubium
3 an et manu, certe oratione violavit. igitur Metello ordinanti cum maxime Macedoniam mandata est ultio; et hinc
Achaicum bellum. ac primum Critolai manum Metellus
4 consul per patentis Elidis campos toto cecidit Alphio. et
uno proelio peractum erat bellum, iam et urbem ipsam
terrebat obsidio; sed — fata rerum — cum Metellus

1 hasidrubale (i *expunxit m. 2*) *N* asdrubale *L* ‖ 2 conpreensis *B* ‖ 3 immitata (*supra posteriorem* a *virgula, quae* m *significat, erasa*) *B* ‖ 5 uel ignium *C* de ignis *B* | poteest *B* ‖ 7 atemplis *L* | sponte (s *supra versum m. 2*) *N* ‖ 8 urbs (b *supra versum*) *L* ‖ 9 ACKAICUM *N* ‖ 11 ita *om. B*, *at v. I 22, 8; II 13, 73* | corinthus *BL* corinthos (v *supra posteriorem* o *m. 2*) *N* | excipit *B* ‖ 14 numero *B* | certorum (orum *correctum ex* um) *B* ‖ 15 libertatem (m *expunxit m. 2*) *N* | a *om. B* ‖ 16 data *om. N* | dubium manet manu *B* ‖ 17 ordinato (*post.* o *ex* i *correcta m. 2*) *N* ‖ 18 cum *in* ·cō· (= *consul*) *mutavit* *N*¹ | macedoniae *codd.* Macedoniae statum *Halmius* | mandata (ta *supra versum m. 2*) *N* | ultio *om. B* ‖ 19 primam *N* primum (u *correcta ex* a) *L* ‖ 20 patentes *N*² | elidis *N* | alfeo *C* ‖ 21 et *C* enim *B* ‖ 22 fata (o *supra posteriorem* a *posuit m. 2*) *N* facta *L* | metellus (et *supra versum m. 1*) *N*

dimicasset, ad victoriam Mummius venit. hic alterius 5
ducis Diaei late exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit
geminosque portus sanguine infecit. tum ab incolis de-
serta civitas direpta primum, deinde tuba praecinente
deleta est. quid signorum, quid vestium, quidve tabu- 6
larum raptum incensum atque proiectum est! quantas
opes et abstulerit et cremaverit hinc scias, quod quidquid
Corinthî aeris toto orbe laudatur incendio superfuisse
conperimus. nam et aeris notam pretiosiorem ipsa opu- 7
lentissimae urbis fecit iniuria, quia incendio permixtis
plurimis statuis atque simulacris aeris auri argentique
venae in commune fluxerunt.

XXXIII. RES IN HISPANIA GESTAE.

Vt Carthaginem Corinthos, ita Corinthum Numantia II, 17
secuta est; nec deinde orbe toto quicquam intactum armis
fuit. post illa duo clarissimarum urbium incendia late 2
atque passim, nec per vices, sed simul pariter quasi
unum undique bellum fuit; prorsus ut illae quasi agitan-
tibus ventis diffudisse quaedam belli incendia orbe toto
viderentur.

Hispaniae numquam animus fuit adversum nos uni- 3

1 mumminius *L* | inuenit *B* interuenit *Woelfflinus* ‖ 2 dinei *B* dignitate *C*: *corr. Pighius cf. I 21, 4; II 19, 5; Oros. V 3, 3* | histhmi (hi *in* i *mut. m. 1*) *B* ‖ 4 derepta *B* | tuba *L Voss. Palat. Rehd.* turba *BN* | praecingente *B* ‖ 5 delecta *L* | quid ne *B* ‖ 6 que *post* incensum *add. B* | adque *B* ‖ 7 quicquid *L* ‖ 8 corinthii *C* geris (ge *in* ae *mut. m. 1*) *B* | orbe (o *correcta ex* u) *N* ‖ 9 comperimus *B* | æriston tam *N* æris tantam *N*² | pretiositate *N*² | oppulentissimae (*posteriorem* p *expunxit m. 2*) *N* ‖ 10 syniuria *B* ruina *Hauptius* | quiad (d *expunxit m. 1*) *N* | 13 RES JNKIS PAN·IAE GESTÆ *N* | HYSPANIA *B* ‖ 14 corinthus *B* corinthos (v *supra posteriorem* o *posuit m. 2*) *N* | corintum *L* ‖ 15 sequuta *B* ‖ 16 clarissima: *corr. Freinhemius* ‖ 18 bel|lum (*priorem* l *supra versum add. m. 1 et post eam duae litterae erasae sunt*) *N* | favillae *Iahnius* scintillae *Woelfflinus* | 19 diffudisse (e *correcta ex* et) *B* | toto orbe *N*¹ ‖ 20 uiderentur *BN*² uideretur *C* ‖ 21 his spaniae *B* | nunquam *L* | aduersus *L*

versae consurgere, numquam conferre vires suas libuit,
neque aut imperium experiri aut libertatem tueri suam
publice. alioquin ita undique mari Pyrenaeoque vallata
4 est ut ingenio situs ne adiri quidem potuerit. sed ante
a Romanis obsessa est, quam se ipsa cognosceret, et sola
omnium provinciarum vires suas postquam victa est in-
5 tellexit. in hac prope ducentos per annos dimicatum est
a primis Scipionibus in primum Caesarem Augustum, non
continuo nec cohaerenter, sed prout causae lacessierant,
nec cum Hispanis initio, sed cum Poenis in Hispania.
inde contagium serpens causaque bellorum.

6 Prima per Pyrenaeum iugum signa Romana Publius
et Gnaeus Scipiones intulerunt proeliisque ingentibus Han-
nonem et Hasdrubalem fratres Hannibalis ceciderunt; rapta-
que erat impetu Hispania, nisi fortissimi viri in ipsa
victoria sua oppressi Punica fraude cecidissent, terra
7 marique victores. igitur quasi novam integramque pro-
vinciam ultor patris et patrui Scipio ille mox Africanus
invasit, isque statim capta Carthagine et aliis urbibus,
non contentus Poenos expulisse, stipendiariam nobis pro-
vinciam fecit, omnes citra ultraque Hiberum subiecit im-

2 oriri (o *sup. vers. m. 1*) *N* | tueris (s *erasa*) *B* ‖ 3 alioquin (in *sup. vers. m. 1*) *N* | undiquę (*post* ę *exeunte versu tres circiter litterae deletae*) *B* | pyríneoque *L* ‖ 4 inge|sius *L* | nec *C* | aadiri (*posterior* a *erasa*) *B* | antea a *C* ‖ 5 reipsa *B* | cognosceret (t *add. m. 2*) *N* ‖ 7 prope per ducentos *L* | ducentos (o *correcta ex* i) *B* ‖ 8 in postremum *Sauppius, at v. II 33, 59* ‖ 9 continue *C* | ne *L* | coherenter (*posterior* r *ex* s *correcta m. 1*) *N* | lacessierant (i *radendo correcta ex* l, *ut videtur*) *B* ‖ 10 his spania (*posterior* a *correcta ex* s) *B* | inis spania *B* ‖ 11 contagium ad series *B* contagio et series *C*: *corr. Mommsenus* contagium ac series *Halmius* | causaeque *B*, *num* causaeque *interpolatum ex vs. 9?* ‖ 12 pireneum *L* | ·p̃· etcñ· *N* ·pet·cñ· *L* ‖ 13 annonem *B* hac nonen *L* ‖ 14 hasdrubalem (d *correcta ex* t) *N* as drubalem *L* | fratrem *N* | annibali *B* ‖ 15 ispaniam (*prior* i *correcta ex* in) si *B* ‖ 16 sua uictoria *N*, *sed transposuit m. 1* ‖ 18 africanus (fr *correcta ex* p) *L* ‖ 19 hisque *B* | capta acarthagine *B* ‖ 20 poenis expulisset *B* ‖ 21 omnem *C* | cytra utraque *L* | hiberum (hi *correctum m. 1 ex* li) *B* hyberum *L* | imperio (o *correcta ex* um) *B*

perio primusque Romanorum ducum victor ad Gades et
Oceani ora pervenit. plus est provinciam retinere quam 8
facere. itaque per partes iam huc, iam illuc missi duces,
qui ferocissimas et in id tempus liberas gentes ideoque
inpatientes iugi multo labore nec incruentis certaminibus
servire docueruut. Cato ille Censorius Celtiberos, id est 9
robur Hispaniae, aliquot proeliis fregit. Gracchus, pater
ille Gracchorum, eosdem centum et quinquaginta urbium
eversione multavit. Metellus ille, qui ex Macedonia cogno- 10
men meruerat, et Celtibericus fieri meruit, cum et Con-
trebiam memorabili cepisset exemplo et Nertobrigae maiore
gloria pepercisset. Lucullus Turdulos atque Vaccaeos, de 11
quibus Scipio ille posterior singulari certamine, cum rex
fuisset provocator, opima rettulerat. Decimus Brutus ali- 12
quanto latius Celticos Lusitanosque et omnis Callaeciae
populos formidatumque militibus flumen Oblivionis, pera-
gratoque victor Oceani litore non prius signa convertit
quam cadentem in maria solem obrutumque aquis ignem
non sine quodam sacrilegii metu et horrore deprendit.

Sed tota certaminum moles cum Lusitanis fuit et 13
Numantinis. nec inmerito. quippe solis gentium Hispa-

3 uel illuc *L* ‖ 4 ad id temporis *C* | liberas (s *sup. vers.*) *B* | que *om. C* ‖ 5 ingruentibus *B* ‖ 7 aliquot (t *correcta ex* d *m. 1*) *N* | graccus *B* ‖ 8 graccorum *B* gracchorum (*prior* c *sup. vers.*) *L* ‖ 9 cui ex Macedonia cognomen, et C. f. meruit *N. Rubenius* ‖ 10 meruit *om. C an post* meruerat *ponendum?* | cantabriam *B* cum trebiam *L* ‖ 11 memorabile (i *sup. posteriorem* e *m. 2*) *N* | nectobricae (*prior* c *sup. vers.*) *B* neros. brigis (*nominis partes coniunxit m. 2*) *N* nersobrigis *L* | maiore (o *supra versum*) *L* ‖ 12 pepercit *C* | lucullus (*tertia* u *m. 1 correcta ex* io, *ut videtur*) *B* | turdullos *L* ‖ 13 ille scipio *B*, *at cf. p. 78, 18* ‖ 14 prouocatos (v *supra tertiam* o *m. 2*) *N* prouocatus *L* | retulerat *BL* | decimus (m *expunxit m. 2*) *N* ‖ 15 celitos *in* celticos *mutavit B*[1] celtiberos *Palatinus 1568* | omnis (i *in* e *mutavit m. 2*) *N* | callaeciae *B* callecię (*priorem* c *in* g *mutavit m. 2*) *N* callatię *L* ‖ 16 populus *B* | fluminis *B* ‖ 18 obruptumque *L* | igne *N* ‖ 19 orrore *B* horrere (o *supra priorem* e *m. 2*) *N* | deprehendit *C* ‖ 21 immerito *L* | solis (a *supra* i *m. 2, sed statim deleta*) *N*

niae duces contigerunt. fuisset et cum omnibus Celti-
beris, nisi dux illius motus initio belli oppressus esset,
14 summus vir astu et audacia, si processisset, Olyndicus,
qui hastam argenteam quatiens quasi caelo missam váti-
cinanti similis omnium in se mentes converterat. set
cum pari temeritate sub nocte castra consulis adisset,
15 iuxta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. ceterum
Lusitanos Viriatus erexit, vir calliditatis acerrimae. qui
ex venatore latro, ex latrone subito dux atque imperator
et, si fortuna cessisset, Hispaniae Romulus, non contentus
libertatem suorum defendere, per quattuordecim annos
omnia citra ultraque Hiberum et Tagum igni ferroque
16 populatus, castra etiam praetoria et praesidia adgressus
Claudium Vnimanum paene ad internecionem exercitus
cecidit et insignia trabeis et fascibus nostris quae ceperat
17 in montibus suis tropaea fixit. tandem eum iam Fabius
Maximus consul oppresserat; sed a successore Popilio
violata victoria est. quippe qui conficiendae rei cupidus,

1 et cō *L* ‖ 2 mortuus *B* | ut *post* belli *add. B* ui *Iahnius* | esset summae *B* sed summus *C* ‖ 3 audaciae *B* astutus et audaciæ *C*: *corr. Voss.* summus uir astutiae *Iahnius*, *an* vir astutus et summus? | recessisset *C* | solondicus *C* pro. n. (= *proprium nomen*) *supra versum* N^2 Olonicus *Liv. per.* 53 ‖ 4 hastam (h *supra versum*) *B* astam *N* | quasi *B* uelut *C* ‖ 5 sed *C* ‖ 7 ipso *in* ipsvm *mutavit* N^1 | uigiliis *C* ‖ 8 uiriatus (*m. 2 supra versum* pro. n.) *N* uiritus *L* | acer equi *in* acerrimequi *mutavit B* ‖ 9 adque *B* ‖ 10 fortuna (t *ex* c *correcta m. 1*) *N* | gessisset *L* | contemptus *B* ‖ 11 quattuor *B* XIIII *C* | annos (o *correcta ex* i) *B* ‖ 12 ultraque (l *supra versum*) *B* | et agrum *C* ‖ 13 praetorum *B* praetoriorum *N* pretoriarum *L*: *correxi* | et *om. BN* | praesidium: *corr. Halmius*, *an* [castra] etiam praetorium praesidium? ‖ 14 claudium (au *corr. ex* u *m. 1*) *B* | unimammum *B* | paene (*posterior* e *corr. ex* i *m. 1*) *B* | internitionem *BL* ‖ 15 cecidisset insignia: *corr. Freinshemius* ‖ 16 trophea *L* | fixisset: *corr. Freinshemius* | tandundem (*posterior* n *inter scribendum correcta ex* m, dun *expunxit m. 1*) *N* | etiam fabius: *corr. Halmius*, *at forte* et iam *discrepans lectio est ad* tandem *adscripta* ‖ 17 consulo presserat *in* consul oppresserat *mutavit* N^2 | successore (sso *ex* sa *correctum*) *L* | populo *in* popilio *mutavit* B^1

fractum ducem et extrema deditionis agitantem per fraudem et insidias et domesticos percussores adgressus hanc hosti gloriam dedit ut videretur aliter vinci non posse.

XXXIIII. BELLVM NVMANTINVM.

Numantia quantum Carthaginis Capuae Corinthi opibus II, 18
inferior, ita virtutis nomine et honore par omnibus, summumque, si viros aestimes, Hispaniae decus. quippe quae 2
sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo aput
flumen sita quattuor milibus Celtiberorum quadraginta
exercitum per annos undecim sola sustinuit, nec sustinuit
modo, sed saevius aliquanto perculit pudendisque foederibus adfecit. novissime, cum invictam esse constaret, opus
fuit eo qui Carthaginem everterat.

Non temere, si fateri licet, ullius causa belli iniustior. 3
Segidenses, socios et consanguineos suos Romanorum 4
manibus elapsos, exceperant. habita pro his deprecatio
nihil valuit. cum se ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi foederis pretium iussi arma deponere.
hoc sic a barbaris acceptum, quasi manus absciderentur.
itaque statim Megaravico fortissimo duce ad arma conversi. Pompeium proelio adgressi, foedus tamen maluerunt, cum debellare potuissent. Hostilium deinde Man- 5

2 aggressus *L* ‖ 3 potuisse *N* ‖ 5 carthaginis (*posterior* i *ex* e *correcta*) *B* | corinti *L* ‖ 7 uero *B* ‖ 8 apud *N* ‖ 9 Durium *post* flumen *add. vg.*, *at v. p. 6, 15* | silata *C* | .x L.m̃. *L* ‖ 10 exercituum (*posterior* u *supra versum m. 2*) *N* exercituum *L* | XIIII *C* ‖ 11 sae uiuus *in* sae uius *mut.* B^1 | aliquando *Lipsius* ‖ 13 quoque *ante* eo *add.* *N* *post* eo *L* | id est scip *supra* euerterat N^2 ‖ 14 si *C* est *B* | *supra* Non *et in margine signis positis aliquid turbatum esse (v. p. 132, 13) indicat* N^2 | si] est *B* ‖ 15 egi desses *B* egi denses B^1 | consanguineos (*posterior* o *correcta ex* i) *B* | suos *om. C iure, ut videtur* ‖ 16 susciperant *B*, *at v. p. 17, 20; 122, 12* | eis *C* ‖ 18 legitimis *B* | phoederis *B et deinceps* ‖ 19 receptum *N* ‖ 20 megara uicto *C* Megara, viro *vg. sed v. Monum. linguae Iber. ed. Aem. Huebner p. CXXI* ‖ 21 proillo *B* | aggressi *L* ‖ 22 adorti *post* Mancinum *add. Mommsenus*

cinum. hunc quoque adsiduis caedibus subegerunt, ut ne
oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam susti-
6 neret. tamen cum hoc quoque foedus maluere, contenti
armorum manubiis, cum ad internecionem saevire potuis-
7 sent. sed non minus Numantini quam Caudini illius
foederis flagrans ignominia ac pudore p. R. dedecus
quidem praesentis flagitii deditione Mancini expiavit,
8 ceterum duce Scipione Carthaginis incendiis ad excidia
urbium inbuto tandem etiam in ultionem excanduit.
9 sed tum acrius in castris quam in campo, nostro cum
10 milite quam cum Numantino proeliandum fuit. quippe
adsiduis et iniustis et servilibus maxime operibus adtriti
ferre plenius vallum, qui arma nescirent, luto inquinari,
qui sanguine nollent, iubebantur. ad hoc scorta calones
11 sarcinae nisi ad usum necessariae amputantur. tanti esse
exercitum quanti imperatorem vere proditum est. sic
redacto in disciplinam milite commissa acies, quodque
nemo visurum se umquam speraverat, factum ut fugientes
12 Numantinos quisquam videret. dedere etiam se volebant,
si toleranda viris imperarentur. sed cum Scipio veram
vellet et sine exceptione victoriam, eo necessitatum con-
pulsi primum ut destinata morte in proelium ruerent,
cum se prius epulis quasi inferiis implevissent carnis
semicrudae et caeliae; sic vocant indigenam ex frumento

1 tunc *N*² | hunc quoque *del. Iahnius* | assiduis *BL* ‖ ita *ante* subegerunt *add. C* ‖ 2 numantini (a *correcta ex* e) *B* ‖ 3 contenti (i *correcta ex* um) *B* ‖ 4 internitionem *B* ‖ 5 cautini *B* ‖ 6 fira clans *N* uel dira clades *N*² *sup. vers.* | aut *B* | pudo re (*supra* e *erasa virgula, quae* m *significat*) *N* ‖ 7 magni *B* ‖ 8 excidium *B, at cf. I 47, 3; II 10; 8* ‖ 9 imbuto *B* ‖ 10 tunc *C* ‖ 12 assiduis *BL* | invisis *Mommsenus, an* inusitatis? | attriti *L* ‖ 13 plenus *B* | quia arma *Iahnius, at cf. Livius per. 57* ‖ 14 quia sanguine *B* | nolent *N* ‖ 15 necessaria *C** | anputantur (m *sup. priorem* n *m. 2*) *N* anputantur *L* ‖ 16 si *B* ‖ 18 visurum se *del. Iahnius* | est *ante* ut *add. L* ‖ 19 quisquam *del. Iahnius* ‖ 20 uiri *B* ‖ 21 compulsi *N* ‖ 22 imp̄lium *L* ‖ 23 inferiis (*secundam* i *expunxit m. 2*) *N* inferiis (ii *correcta ex* u) *L* ‖ 24 cæliae *C* (*v. Monum. ling. Iber. ed. Aem. Huebner p. LXXXI*) praellae *B* uocat *L* | indigenam (am *m. 1 corr. ex* em, *ut videtur*) *B* indigena

potionem. intellectum ab imperatore consilium; itaque 13
non est permissa pugna morituris. cum fossạ atque lorica
quattuorque castris circumdatos fames premeret, a duce
orantes proelium, ut tamquam viros occideret, ubi non
impetrabant, placuit eruptio. sic conserta manu plurimi 14
occisi, et cum urgueret fames, aliquantisper inde vixerunt.
novissime consilium fugae sedit; sed hoc quoque ruptis
equorum cingulis uxores ademere, summo scelere per
amorem. itaque deplorato exitu in ultimam rabiem furo- 15
remque conversi, postremo Rhoecogene duce se suos pa-
triam ferro veneno subiecto igne undique peregerunt.
macte fortissimam et meo iudicio beatissimam in ipsis 16
malis civitatem! adseruit cum fide socios, populum orbis
terrarum viribus fultum sua manu aetate tam longa susti-
nuit. novissime maximo duce oppressa civitas nullum
de se gaudium hosti reliquit. unus enim vir Numantinus 17
non fuit qui in catenis duceretur; praeda, ut de pauper-
rimis, nulla: arma ipsi cremaverunt. triumphus fuit tan-
tum de nomine.

Hactenus populus R. pulcher egregius pius sanctus II, 19
atque magnificus, reliqua saeculi ut grandia aeque, ita vel
magis turbida et foeda crescentibus cum ipsa magnitu-
dine imperii vitiis; adeo ut siquis hanc tertiam eius 2

(*posterior* i *correcta ex* e *m. 2*) *N* indigena *L* || 2 confossaque (atque *om.*) *B* | lorica *om. L* || 3 ab *C* | duce (*ante* d *erasa* d) *B* || 4 orante *N* | et *ante* ubi *add. L* || 5 sic (c *supra versum*) *B* | conseruata *B* || 6 urgeret *BL* | uiserunt *B* || 8 singuli *B* || 10 postremo mori hoc genere destinarunt duces suos seque patriamque ferro et ueneno subiectoque undique igni peremerunt *C*, *de nomine v. Huebner l. c. p. 260* | duces (s *erasa*) *B* | se *om. B*: *add. Iahnius* || 11 subiecto *glossam putat Mommsenus* || 12 macte (t *m. 1* (?) *correcta ex* i) *B* macte (*supra* ac *m. 2* r = *require*) *N* | esse *ante* fortissimam *add. codd.*: *del. vg.* macte este! fortissimam *Hauptius* | et in eo *L* || 13 uel de *supra* adseruit N^2 adferuit *L* | s. r. (= *scilicet romanum*) *supra* populum N^2 || 14 tam *post* fultum *add. B* | parua manu *B*, *at v. Sauppius p. 11* || 15 nullo *B* || 17 pauperibus *C* || 18 cremaverant *vg.* | tantus *B* || 20 Haec tenus *B* | plus *B* || 21 adque *B* | grandiaeque *B* | ita magis turbida et foeda velut crescentibus *Bezzenbergerus*

aetatem transmarinam, quam ducentorum annorum feci-
mus, dividat, centum hos priores, quibus Africam Mace-
doniam, Siciliam Hispaniam domuit, aureos, sicut poetae
3 canunt, iure meritoque fateatur, centum sequentes ferreos
plane et cruentos, et siquid inmanius. quippe qui Iugur-
thinis Cimbricis Mithridaticis Parthicis piraticis bellis, Gal-
licis atque Germanicis, quibus caelum ipsum gloria ascendit,
Gracchanas Drusianasque caedes, ad hoc servilia bella
4 miscuerint et, ne quit turpitudini desit, gladiatoria. deni-
que in se ipse conversus Marianis atque Syllanis, novis-
sime Pompei et Caesaris manibus quasi per rabiem et
5 furorem — nefas — semet ipse laceravit. quae etsi
iuncta inter se sunt omnia atque confusa, tamen quo
melius appareant, simul et ne scelera virtutibus obstrepant,
separatim referentur, priusque, ut coepimus, iusta illa et
pia cum exteris gentibus bella memorabimus, ut magni-
tudo crescentis in dies imperii appareat, tum ad illa
civium scelera turpesque et impias pugnas revertemur.

3 siciliam *om.* *B* Syriam *Iahnius* | hispaniam *om.* *B* ‖ 5 siquit (t *in* d *mutavit m. 1*) *B* | immanius (*priorem* m *in* n *mutavit m. 1*) *B* immanius *N* inmanius (*posterior* i *supra versum*) *L* | quippe *bis* *B*, *sed posterius erasum* | quippe quibus *Halmius infra ex B recepto* miscuerit | qui — bellis ga- *inter scribendum in rasura B* | iugurthinis (h *supra versum*) *B* iugurthinis (h *m. 1 supra versum*) *N* ‖ 6 piraticis *om.* *C nescio an vere*, *post* Parthicis *posuit Iahnius* | *post* bellis *lacunam, qua haec fere verba*: quibus arma per orbem terrarum circumtulit *hausta esse putat, statuit Mommsenus, at enuntiatum relativum etiam post* Drusianasque caedes *deest* | Gallica atque Germanica? | gallicis (c *correcta ex* s) *L* ‖ 8 athoc *N* ‖ 9 miscuerit *B* | nequid *L* | turpitudini (*tertia* i *correcta ex* e) *B* ‖ 10 sillanis *B* ‖ 11 et *ante* nefas *add.* *C* hei nefas *Acidalius* ‖ 12 Quę etsi *L Voss.* quasi *B* quæsi *N* ‖ 13 interpediunt omnia *B* ‖ 15 separatim (im *m. 1 in rasura quattuor vel quinque litterarum*) *B* | perferentur: *corr.* *Halmius* proferentur *Rehd.* ‖ 16 exte**s (*supra rasuram* ri *m. 1*) *N* | memorauimus *N*

XXXV. BELLVM ASIATICVM.

Victa ad occasum Hispania populus Romanus ad orien- II, 20
tem pacem agebat, nec pacem modo, sed inusitata et in-
cognita quadam felicitate relictae regiis hereditatibus opes
et tota insemel regna veniebant. Attalus rex Pergame- 2
norum, regis Eumenis filius, socii quondam commilitonis-
que nostri, testamentum reliquit: ʻpopulus R. bonorum
meorum heres esto. in bonis regîs haec fuerunt'. adita 3
igitur hereditate provinciam P. R. non quidem bello nec
armis, sed, quod aequius, testamenti iure retinebat. sed 4
hanc difficile dictu est utrum facilius amiserit P. R. an
recuperaverit. Aristonicus, regii sanguinis ferox iuvenis,
urbis regibus parere consuetas partim facile sollicitat,
paucas resistentis, Myndon Samon Colophona vi recepit,
Crassi quoque praetoris cecidit exercitum ipsumque cepit.
sed ille memor et familiae et Romani nominis custodem 5
sui barbarum virgula excaecat et in exitium sui, quod
volebat, ita concitat. mox a Perperna domitus et captus 6
et per deditionem in vinculis habitus. Aquilius Asiatici 7
belli reliquias confecit mixtis — nefas — veneno fonti-

1 Bellv̄m *L* | asyaticum *B* || 2 hoc casum *B* | his spania *B* || 4 relictas *B* | ereditatibus *B* || 5 insemet *B* | regna (*post* a *erasa* t) *B* | ueniebant (*posterior* n *supra versum*) *B* || 6 regis seumenis *L* | sociis (*posteriorem* s *expunxit m. 1*) *N* || 7 reliquit (t *correcta ex* d *m. 1*) *N* | bonorumeorum (*lineolam, quae* m *significat, priori* u *imposuit m. 2*) *N* || 8 in — fuerunt *aliena putat Perizonius, post* fuerunt *lacunam statuit Virdungus, at patet a Floro prima testamenti verba memorari, cf. Inschriften v. Pergamon nr. 249* | regiis *B* regis *C* || 9 prouincia *B* || 10 est *ante* aequius *add. C* || 11 dictu (*virgula sup.* u, *qua* m *significatur, erasa*) *B* | P. R. *om. L recte, ut videtur* || 13 urbis (i *in* e *mutavit m. 1*) *B* urbes *C* sollicitat (*posterior* t *sup. vers.*) *B* || 14 resistentes N^2 *L* | myndam *B* | colofona *C* || 15 cassi *B* | caede: *corr. Rehd.* caedit *Salmasius an* caede delevit (*vel* excidit)? *cf. Oros. V 10, 3* | exercitum (u *post* u *erasa*) *B* || 16 ille (ll *m. 1 in ras.*) *N* || 17 et in *om. N* et *om. L* | inexitum *L* | exitium (e *supra versum*) *N* || 18 aper perna *B* aperpena (*post* r *interpunxit m. 2*) *N* aper perna (n *supra versum*) *L* || 19 diditionem *B*

bus ad deditionem quarundam urbium. quae res ut maturam ita infamem fecit victoriam, quippe cum contra fas deum moresque maiorum medicaminibus inpuris in id tempus sacrosancta Romana arma violasset.

XXXVI. BELLVM IVGVRTHINVM.

III, 1 Haec ad orientem. sed non ad meridianam plagam eadem quies. quis speraret post Carthaginem aliquod in
2 Africa bellum? atqui non leviter se Numidia concussit, et fuit in Iugurtha quod post Hannibalem timeretur. quippe rex callidissimus populum Romanum armis invictum opibus adgressus est. citra spem omnium fortuna cessit, ut rex
3 fraude praecipuus fraude caperetur. hic Massinissa avo, Micipsa patre per adoptionem cum interficere fratres statuisset agitatus regni cupiditate, nec illos magis quam senatum populumque R., quorum in fide et clientela regnum
4 erat, metueret, primum scelus mandat insidiis. potitus Hiempsalis capite cum se in Adherbalem convertisset isque

1 dedit iouem (*corr. m. 2*) *N* ‖ 3 impuris *B* | ·L· AN NEI · FLORI · EPITOMA · DE · TITOLI · UIO · EXPLIC · LIB · II · JNCIP LIB · III FELI CI TER · *subscripsit N* L. ANNEI FLORI EPITOMA DE TITO LIVIO · EXPLICIT LIB · II ·; JNCIPIT LIB · III · *L* ‖ 5 BELLVM (*corr. ex* BELLORVM) LVCVRTINVM *L om. N* ‖ 7 Quisperaret *BN* ‖ 8 at quin *B* adqui (d *in* t *mutavit m. 2*) *N* | numida *C* ‖ 9 iugurtha (h *supra versum m. 1*) *N* | annibalem *B* ‖ 10 populum (um *correctum ex* us *m. 1*) *N* | Romanum *om. B* | inclytum *N* armis inclitum et invictum opibus *L* ‖ 11 aggressus *L* | et *ante* citra *add. C* sed *N. Heinsius* at *Schefferus* | gessit *L* ‖ 12 c *post* praecipuus. *del. N* | auo masinissa *C* ‖ 13 et *ante* micipsa *add. C* | patrem (m *expunxit m. 2*) *N* ‖ 15 que *om. C* | in *om. L* | fide m. (*virgula inter* e *et* m *ad spatium explendum inserta*) *L* | in *ante* clientela *add. B* | clementia *H. I. Muellerus programm. gymn. Berol. Friderico-Werderani a. 1876 p. 9 adn.* ‖ 16 metueret (a *supra tertiam* e *m. 2*) *N* | potitus (o *correxta ex* u) *B* potiusque *N* potitusque *N*²*L* ‖ 17 hiem. salis (*partes nominis coniunxit m. 2*) *N* hiem|salis *L* | adherbalem (h *supra versum m. 1*) *B* | hisque *BL*

Romam profugisset, missa per legatos pecunia traxit in
sententiam suam senatum. et haec eius fuit de nobis 5
prima victoria. missos deinde, qui regnum inter illum
Adherbalemque dividerent, similiter adgressus, cum in
Scauro ipsos Romani imperii mores expugnasset, in-
choatum nefas perfecit audacia. sed non diu latent sce-
lera. corruptae nefas legationis erupit placuitque persequi 6
bello parricidam. primus in Numidiam Calpurnius Bestia 7
consul inmittitur; sed rex peritus fortius adversus Romanos
aurum esse quam ferrum pacem emit. cuius flagitii reus 8
cum interveniente publica fide a senatu arcesseretur, pari
audacia et venit et conpetitorem imperii Massivam inmisso
percussore confecit. haec altera contra regem causa belli 9
fuit. igitur sequens ultio mandatur Albino. set huius
quoque — pro dedecus — frater ita corrupit exercitum,
ut voluntaria nostrorum fuga vinceret Numida castrisque
poteretur, addito etiam turpi foedere in pretium salutis,
quo quos emerat dimisit exercitus. tandem in ultionem 10
non tam imperii R. quam pudoris Metellus adsurgit, qui
callidissime hostem nunc precibus nunc minis, iam simu-
lata iam vera fuga eludentem artibus suis adgressus est.
agrorum atque vicorum populatione non contentus in ipsa 11

2 suam *supra versum* *B* | fuit de nobis eius *C* || 4 adherbalem que (h *supra versum*) *B* atherbaleque *N* atherbalemque *N*²*L* | aggressus *L* || 6 audacius *C* | diu non *C* *nescio an recte* | letant *in* latent *mutavit* *B* || 7 bello persequi *C* || 8 parricidam (*posterior* r *supra versum*) *N* | in (i *radendo correcta ex* s) *N* | uestia *B* || 9 immittitur *L* | expertus *Iahnius, at v. Verg. ecl. 10, 32; Pers. 2, 32* || 11 cui *L* | accesseretur *C* accerssiretur *N*² || 12 etuenit (*priorem* t *expunxit m. 2*) *N* | masinissae (m *m. 2*) *post* imperii *add.* *N* masinísse *L* | massiuam (*prior* s *supra versum m. 2*) *N* | immisso *C* || 14 fuit causa bellandi *C* | praesens ultio *N. Heinsius* | Sed *L* || 15 frater *om.* *C* || 17 poteretur *B* potiretur *B*¹*C* | 18 quod: *corr. Perizonius* | quos *B* primus *C* | exercitus *del. Sauppius* | exercitum eodem tempore in *C* || 19 metellis *B* | assurgit *L* || 20 callidissime *BN*² calidissime *C* || 21 quasi *post* iam *add.* *C* | aggressus *L* || 22 non *add. vg.* nec *Iahnius* | contemptus *codd.* contemptis (*om.* non) *Freinshemius, at v. Sallust. Iug. 54, 6*

Numidiae capita impetum fecit; et Zamam quidem frustra
adsiluit, ceterum Thalam gravem armis thensaurisque
12 regîs diripuit. tunc urbibus exutum regem et iam finium
suorum regnique fugitivum per Mauros atque Gaetuliam
13 sequebatur. postremo Marius auctis admodum copiis, cum
pro obscuritate generis sui capite censos sacramento ad-
egisset, iam fusum et saucium regem adortus, non facilius
14 tamen vicit quam si integrum ac recentem. hic et urbem
Herculi conditam Capsam, in media Africa siti anguibus
harenisque vallatam, mira quadam felicitate superavit et
saxeo inditam monti Muluccham urbem per Ligurem aditu
15 arduo inacessoque penetravit. mox non ipsum modo, sed
Bocchum quoque Mauretaniae regem, iure sanguinis Nu-
midam vindicantem aput oppidum Cirtam graviter cecidit.
16 qui ubi diffisus rebus suis alienae cladis accessio fieri
17 timet, pretium foederis atque amicitiae regem facit. sic
fraudulentissimus regum fraude gener soceri sui in in-
sidias deductus Syllae in manum traditur, tandemque
opertum catenis Iugurtham in triumpho P. R. aspexit.
18 sed ille quoque, quamvis victus ac vinctus, vidit urbem,
quam venalem et quandoque perituram, si habuisset em-
ptorem, frustra cecinerat. iam ut venalis fuisset, habuit

2 diuoluit *B* diu uoluit *C*: *corr. Freudenbergius* adivit *Iahnius* diripere voluit *Halmius* advolavit *Baehrensius* involvit *Beckius* | thensaurosque (n *expunxit m. 2*) *N* thesaurosque *L* || 3 regii (*posteriorem* i *in* s *mutavit m. recens*) *B* regis *C* regiis *Halmius* | disrupuit (*v. annal. philol. LXVI p. 328*) *in* diripuit *mutavit* N^2 | regem (em *m. 1 in rasura*) *N* || 4 fugitiuum (*tertia* u *in rasura*) *B* | adque *N* || 6 censor N^2 || 8 si *om. L* | hac *B* et *C* | regentem *L* || 9 ab hercule *B* | sitam *C* situ *Halmius* || 10 herenisque *B* | uallatam (tam *m. 1 in rasura*) *N* || 11 mu-luccham *C Sallust. Iug. 19, 7; 92, 5; 110, 8* mulucam *B* mu-lucham *vg. cum Mela I 5 et Plinio V 19* || 12 inaccessuque *B* || 13 bochum *L* | maurethanie *B* mauritaniæ *C* | numidas *B* || 14 apud *BL* || 16 phoederis *B* | adque *B* || 17 gener *om. C* | soceris (*posterior* s *supra versum*) *B* || 18 est et *post* deductus *add. C* | sillae *B* sullæ *N* || 20 et uinctus *N* et iunctus *L* | ui *ante* uidit *add. N in* ut *mutavit* N^2 || 21 ó *ante* quam *supra versum* N^2

emptorem; cum illum evaserit, certum erit non esse perituram.

XXXVII. BELLVM ALLOBROGVM.

Sic ad meridiem P. R. multo atrocius et multipliciter III, 2
magis a septentrione venientem **. nihil hac plaga in-
festius. atrox caelum, perinde ingenia. omni igitur tractu 2
violentus hostis a dextris atque laevis et a medio septen-
trionis erupit.

Prima trans Alpes arma nostra sensere Salluvi, cum 3
de incursionibus eorum fidissima atque amicissima civitas
Massilia quereretur; Allobroges deinde et Arveni, cum ad- 4
versus hos similes Haeduorum querellae opem et auxilium
nostrum flagitarent: utriusque victoriae testes Isara et
Vindelicus amnes et inpiger fluminum Rhodanus. maxi- 5
mus barbaris terror elephanti fuere, inmanitati gentium
pares. nihil tam conspicuum in triumpho quam rex ipse
Bituitus discoloribus in armis argenteoque carpento, qualis
pugnaverat. utriusque victoriae quod quantumque gaudium 6
fuerit vel hinc aestimari potest, quod et Domitius Ahe-
nobarbus et Fabius Maximus ipsis quibus dimicaverant
locis saxeas erexere turres et desuper exornata armis

1 et *ante* cum *add.* *C* | illum *B* ille non *C* | euaserat (ua *corr. ex* a) *B* | erat *B* | eam *ante* non *add.* *C* ‖ 3 ALLO BRO GIUM ·,· *N* ALLO BROGIVM. *L* ‖ 4 populus (l *corr. ex* s) *L* ‖ 5 et *ante* magis *add.* *C* | *lacunam post* uenientem *indicavit Mommsenus* saevitum *vel* saeviente *vg.* *an* venit malum *vel* exitium? ‖ 6 caelum (um *correctum ex* o) *B* | ingenio *C* ingenivm *N*² ‖ 7 a *ante* medio *om.* *C* ‖ 9 alpes (e *correcta ex* i) *B* | salluuii *B* salui *C*, *v. C. I. L. I*² *p. 176* (*fast. triumph. 631/2*); *Plin. n. h. III 36; 47; 124; Appian. Gall. 12; al.* ‖ 10 de eis *B*, *at v. p. 107, 18* ‖ 11 massilias *L* | arueni *B* aruenni *C* ‖ 12 hos *inserui* eos *Voss. Rehd. Monac. Palat.* | haecduorum (c *expunxit m. 2*) *N* | quaerelae *B* quærellæ (*post posteriorem* æ *sup. vers.* s *m. 2*) *N* ‖ 13 uariusque: *corr. Iahnius* Varus(que) *vg.* | testis: *corr. Dukerus* | isara *BN*² isaura *C* ‖ 15 elephantis *B* elefanti *C* ‖ 17 uituitus *B* bis uisus *C* | argentoque *B* ‖ 18 pugna fuerit *B* ‖ 19 potest (test *m. 1 in rasura unius litterae*) *B* | naeobarbus *N* noębarbus *L* ‖ 21 in *ante* locis *add.* *C*

hostilibus tropaea fixerunt; cum hic mos inusitatus fuerit nostris. numquam enim populus R. hostibus domitis victoriam exprobravit.

XXXVIII. BELLVM CIMBRICVM TEVTONICVM TIGVRINVM.

III, 3 Cimbri Teutoni atque Tigurini ab extremis Galliae
profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas
2 sedes toto orbe quaerebant, exclusique et Gallia et Hispa-
nia cum in Italiam demigrarent, misere legatos in castra
Silani, inde ad senatum petentes ut Martius populus ali-
quid sibi terrae daret quasi stipendium, ceterum ut vellet
3 manibus atque armis suis uteretur. sed quas daret terras
populus R. agrariis legibus inter se dimicaturus? repulsi
igitur, quod nequiverant precibus, armis petere coeperunt.
4 sed nec primum impetum barbarorum Silanus, nec secun-
dum Manilius, nec tertium Caepio sustinere potuerunt;
5 omnes fugati, exuti castris. actum erat, nisi Marius illi
saeculo contigisset. ille quoque non ausus congredi sta-
tim militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies et
impetus, quem pro virtute barbari habent, consenesceret.
6 recessere igitur increpantes et — tanta erat capiendae
urbis fiducia — consulentes, si quid ad uxores suas
mandarent. nec segnius quam minati fuerant tripertito
agmine per Alpes, id est claustra Italiae, ferebantur.
7 Marius mira statim velocitate occupatis compendiis prae-
venit hostem prioresque Teutonas sub ipsis Alpium radi-

1 trophea *L* | inusitatvs (v *correcta ex* o) *B* ‖ 3 suam *post* uictoriam *add.* *C* ‖ 4 *inscriptionem add.* *N*[1] | CYMBRICUM · *BN* ‖ 5 TYGURINUM *B* TIBURINUM *C* ‖ 7 ∗ocæanus *N* ‖ 8 sed ex *in* sedes *mutavit* *N*[1] ‖ 9 remigarent *C* ‖ 10 petentes (*prima* e *correcta ex* o) *B* ‖ 13 intra *C* ‖ 14 ceperunt *B* constituunt *C* ‖ 15 et nec *Sauppius* [sed] nec? ‖ 16 manilius (liu *m. 1 in ras.*) *B* ‖ 17 fuga *B* | exuti (*post* ti *erasum* est tri) *B* ‖ 18 sęculo (d *supra* c *m. 2*) *N* | contiguisset *N* ‖ 23 mandarent (*posterior* n *supra versum*) *B* ‖ 24 in alpes *B* ‖ 25 Maurius *L*

cibus adsecutus in loco quem Aquas Sextias vocant quo
— fidem numinum — proelio oppressit. vallem fluvium- 8
que medium hostes tenebant, nostris aquarum nulla copia.
consultone id egerit imperator, an errorem in consilium
verterit dubium; certe necessitate acta virtus victoriae
causa fuit. nam flagitante aquam exercitu, 'si viri estis,' 9
inquit 'en, illic habetis.' itaque tanto ardore pugnatum
est, ea caedes hostium fuit ut victor Romanus cruento
flumine non plus aquae biberit quam sanguinis barbaro-
rum. certe rex ipse Teutobodus quaternos senosque 10
equos transilire solitus vix unum, cum fugeret, ascendit,
proximoque in saltu conprehensus insigne spectaculum
triumphi fuit. quippe vir proceritatis eximiae super tro-
paea sua eminebat.

Sublatis funditus Teutonis in Cimbros convertitur. hi 11
iam — quis crederet? — per hiemem, quae altius Alpes
levat, Tridentinis iugis in Italiam provoluti veluti ruina
descenderant. Atesin flumen non ponte nec navibus, sed 12
quadam stoliditate barbarica primum corporibus adgressi,
postquam retinere amnem manibus et clipeis frustra
temptaverant, ingesta obrutum silva transiluere: si statim 13

1 adsecutos *B* assecutus *L* | pro fidenuminum *B* quasi denuminum *N* qua fide numinum *L*: *corr. Salmasius* ‖ 2 obpressit *N* ‖ 4 consulato ne (a *expunxit m. 1*, v *supra posteriorem* o *posita, sed statim deleta*) *N* | errorem (*prior* e *m. 1 in rasura*) *B* ‖ 5 causa uictoriæ *C* ‖ 6 flagitantem aquam exercitum *B* | exercitus (s *expunxit m. 1; supra* u *virgula, quae* m *significat, erasa est*) *N* | si *om. C* ‖ 7 inquit estis *N* inquid estis *L* | en (n *in* t *mutavit m. 1*) *B* ‖ 8 est *om. N* | eaquæ (æ *in* e *mutavit m. 2*) *N* eaque *L* | decruento *C* ‖ 9 aqua ebiberit *B* ‖ 10 teuto uocatus *B* teutobocus *C v. Hauptius opusc. III p. 571 sq.* ‖ 11 transsilire (*prior* s *supra versum m. 2*) *N* transsilire *L* | uis *L* ‖ 12 conpraensus *in* conprehaensus *mutavit B* ‖ 13 trophea *L* ‖ 15 sublatis (ubla *in rasura*) *B* Sublatis (i *correcta m. 2 ex* u) *N* | incinbros *L* | hic *C* ‖ 17 tridentinus *L* | ueluti *add. N. Heinsius* ‖ 18 adęsim *B* ad hostes in *C*: *corr. Salmasius* ‖ 19 aggressi *L* ‖ 20 primumquam *in* postquam *mutavit N*[1] | am nẽ* *B* ‖ 21 temptauerant (n *supra versum*) *B* | silua obrutum *B inter* obrutum. *et* silua *supra versum* s. st. *N*[2] | trans siluere *N* transiliere *L* | et *ante* si *add. C*

infesto agmine urbem petissent, grande discrimen; sed in
Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli
caelique clementia robur elanguit. ad hoc panis usu
carnisque coctae et dulcedine vini mitigatos Marius in
14 tempore adgressus est. †venere illi quam et in barbaris
multa vestigia. diem pugnae a nostro imperatore petierunt,
et sic proximum dedit. in patentissimo, quem Raudium
vocant, campo concurrere. inde milia sexaginta quinque
cecidere, hinc trecentis minus; per omnem diem conci-
15 ditur barbarus. istic quoque imperator addiderat virtuti
dolum secutus Hannibalem artemque Cannarum: primum
nebulosum nanctus diem, ut hosti inopinatus occurreret,
tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos et ora fer-
retur, tum acie conversa in orientem, ut, quod ex captivis
mox cognitum est, ex splendore galearum ac repercussu
16 quasi ardere caelum videretur. nec minor cum uxoribus
eorum pugna quam cum ipsis fuit, cum obiectis undique
plaustris atque carpentis altae desuper securibus contis-
17 que pugnarent. perinde speciosa mors earum fuit quam

1 infesto (o *corr. ex* a) *B* | esset. *ante* sed *add. C* ‖ 2 a *ante* quo *add. B* | italia (*posterior* a *corr. ex* ę) *B* ‖ 3 dementia *L* ‖ 4 mittigatos *L* ‖ 5 aggressus *L* | est — uestigia *om. B* | uenere — uestigia *om. L* uenere illi . quam metus in b. nulla v. *Salmasius* venere ilico (ipsi *Halmius*), nam metus in b. nulla v. *Iahnius* atque rei illius tametsi in b. multa v., *Sauppius* venere illi, quamquam metus ut in b. m. v.*?* ‖ 6 Jam *ante* diem *add. L* et diem *Halmius* ‖ 7 et hic *Perizonius* ‖ 8 milia inde *C* | sexaginta quinque *B* $\widetilde{\text{LX}}$ *C* id est $\widetilde{\text{XL}}$. *in margine* N^2, *numerum corruptum temptare nolui*, CXL milia *Orosius V 16, 16; Eutropius V 2* ‖ 9 ceciderunt *C* | tertio: *corr. vg.* | omne *B* ‖ 10 istic (c *sup. vers. m. 2*) *N* iste *L* | addiderit *B* | 11 hannibalem (h *sup. vers.*) *B* ‖ 12 nactus *BL* | et (*?*) *in* ut *mutavit* B^1 | occur|ret (*supra* ret *m. 2* re) *N* ‖ 13 puluis *om. B* | oculis *B* | ferretur (*prima* r *supra versum m. 1*) *B* ‖ 14 acies *B* aciæ (*posteriorem* a *expunxit m. 2*) *N* | captiuis ex *in* quod ex *correxit B* ‖ 15 plendore *BN* | gallearum *B* | aere percusso (o *correcta ex* um) *B* aere repercusso *Iahnius* ‖ 16 quam *B* ‖ 18 alte desuper quasi eturribus *N* alte desuper quasi et urbibus *L* | lanceis (e *correcta m. 2 ex* i) *ante* contisque *add. N* lanceis *add. L*

pugna. nam cum missa ad Marium legatione libertatem
ac sacerdotium non inpetrassent — nec fas erat —, suffo-
catis elisisque passim infantibus suis aut mutuis concidere
vulneribus aut vinculo e crinibus suis facto ab arboribus
iugisque plaustrorum pependerunt. Boiorix rex in prima 18
acie dimicans inpigre nec inultus occubuit.

Tertia Tigurinorum manus, quae quasi in subsidio
Noricos insederat Alpium tumulos, in diversa lapsi fuga
ignobili et latrociniis evanuit. hunc tum laetum tamque 19
felicem liberatae Italiae adsertique imperii nuntium non
per homines, ut solebat, P. R. accepit, sed per ipsos, si
credere fas est, deos. quippe eodem die quo gesta res 20
est visi pro aede Pollucis et Castoris iuvenes laureatas
praetori litteras dare, frequensque in spectaculo rumor
victoriae Cimbricae. ** 'feliciter!' dixit. quo quid admira- 21
bilius, quid insignius fieri potest? quippe velut elata
montibus suis Roma spectaculo belli interesset, quod
in gladiatorio munere fieri solet, uno eodemque mo-
mento, cum in acie Cimbri succumberent, populus in
urbe plaudebat.

1 cum missa (cum m *correctum ex* pugna) *B* comissa (um *supra o*) *L* | legationem *L* ‖ 2 impetrassent *BL* | nefas *L* ‖ 3 mutuis (s *inseruit m. 1*) *B* ‖ 4 a *erasa ante* e *B* | ab *om. B* ‖ 5 pependerunt (*prior* p *correcta ex* q) *B* | Boleris *BL* bo eleris (*priorem* e *expunxit m. 1 et 2*) *N* | prima *om. C* ‖ 6 occiditur *B* ‖ 8 noricus *B* | insiderat *L* | elapsi *B* elapsa *Iahnius* | fugae (e *erasa*) *B* ‖ 9 et *C* e *B* ‖ 10 assertique *L* ‖ 12 fas est sicredere *B* fas est sic credere *L. Spengelius* si *del. Sauppius* | quod *B* ‖ 13 uisi praede *BL* | castores *B* | laureati *C* ‖ 14 litteras (e *correcta ex* o) *L* | tradere *C* ‖ 15 cymbrice *L* | *post* Cimbricae *lacunam statuit Iahnius, voce* subclamans *explet Halmius, sed plura deesse patet* | *ante* feliciter *verba* quod — solet *ponit Iahnius* ‖ 16 poteest *B* ‖ 19 cimbris *N* cymbri *L* | succumberent (*prior* c *supra versum*) *B*

XXXVIIII. BELLVM THRACIVM.

III, 4 Post Macedonas, si dis placet, Thraces rebellant, illi
quondam tributarii Macedonum, nec in proximas modo
provincias contenti incurrere, Thessaliam atque Dalmatiam,
in Hadriaticum mare usque venerunt; eoque fine contenti
quasi interveniente natura contorta in ipsas aquas tela
2 miserunt. nihil interim per id omne tempus residuum
crudelitatis fuit in captivos saevientibus: litare diis san-
guine humano, bibere in ossibus capitum, cuiusquemodi
ludibriis foedare mortem tam igni quam fumo, partus
3 quoque gravidarum mulierum extorquere tormentis. sae-
vissimi omnium Thracum Scordisci fuere, sed calliditas
4 quoque ad robur accesserat: silvarum et montium situs
cum ingenio consentiebant. itaque non fusus modo ab
his aut fugatus, sed — simile prodigio — omnino totus
5 interceptus exercitus quem duxerat Cato. Didius vagos
et libera populatione diffusos intra suam reppulit Thra-
ciam. Drusus ulterius egit et vetuit transire Danuvium.
Minucius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum

1 BEL LUM (*post priorem* L *erasa* L) THKRATICUM (*primae tres litterae ligatae*) *N* | THRATICVM ~. *L* ‖ 2 sic (c *supra versum m. 1*) *B* | diis *C* | rebellabant *C* | ipsi *C* ‖ 4 thesaliam *B* | atque (t *m. 1 correcta ex* d) *N* ‖ 5 adriaticum *B* | irruerunt *N. Heinsius* | fini (*posteriorem* i *in* e *mutavit m. 3*) *N* | retenti *Graevius* cohibiti *Perizonius* continentis *F. E. Koehlerus* ‖ 6 contortas *N* ‖ 7 peridomne *L* perdi omne *N* per imperium donec *B* | residū (v *supra* ū *loco evanido incertum qua manu*) *N* ‖ 8 crudelitati *B* | dis *N* | sanguinem *C* ‖ 9 humano (v̄ *supra* o *m. 2*) *N* humanum *L* | libere *L* | cuius cemodi *L* ‖ 11 grauidar̃ *N* grauidar (v̄ *supra posteriorem* r) N^2 | mulierum (*prior* u *correcta ex* e *m. 1*) *B* ‖ 13 Siluarũm *L* | quoque *ante* et *add. L* ‖ 14 consentiebant (*tertia* n *supra versum*) *B* | fusus (q *post posteriorem* s *deleta*) *B* | abhis (h *supra versum m. 2*) *N* habis *L* ‖ 15 simili *BL* simili (*prior* s *expuncta, sed puncta erasa*) *N*: *corr. vg.* ‖ 17 suum *B* | thaciam *B* ‖ 18 danibium (v *supra priorem* i) *B* danubium *L* | glacie flumen (n *supra versum*) equitatur mutius (*prior* u *correcta ex* o) *infra omissa post* danuuium *B* ‖ 19 ammissis (*prior* m *transfixa et erasa*) *B*

per perfidum glacie flumen equitatur. Volso Rhodopen 6
Caucasumque penetravit. Curio Dacia tenus venit, sed
tenebras saltuum expavit. Appius in Sarmatas usque per-
venit, Lucullus ad terminum gentium Tanain lacumque
Maeotin. nec aliter cruentissimi hostium quam suis mo- 7
ribus domiti. quippe in captivos igni ferroque saevitum
est; sed nihil barbaris atrocius visum est quam quod
abscisis manibus relicti vivere superstites poenae suae
iubebantur.

XL. BELLVM MITHRIDATICVM.

Ponticae gentes a septentrione in sinistrum iacent, a III, 5
Pontico cognominatae mari. harum gentium atque regionum
rex antiquissimus Aeetas, post Artabazes, a septem Persis
oriundus, inde Mithridates, omnium longe maximus. quippe 2
cum quattuor Pyrrho, quattuordecim anni Hannibali suf-
fecerint, ille per quadraginta annos restitit, donec tribus
ingentibus bellis subactus felicitate Syllae, virtute Luculli,
magnitudine Pompei consumeretur. causam quidem illius 3
belli praetenderat aput Cassium legatum, adtrectari ter-
minos suos a Nicomede Bithyno; ceterum elatus animis
ingentibus Asiae totius et, si posset, Europae cupiditate

1 per *ante* perfidum *om. B*, *at v. p. 18, 8* | fl *ante* glaciȩ *expunxit L* | Uolso *B* piso *C* | rodopen *B* ‖ 2 cauā umquȩ (*inter* ā *et* u *m. 1 supra versum* m) *B* Haemumque *Iahnius* ‖ 5 maeotim *B* | cruentissimi (*ultima* i *supra versum m. 1*) *B* ‖ 6 captiuis (o *supra posteriorem* i *m. 1 et infra punctum m. 2*) *N* ‖ 10 MYTRIDATICUM *B* MITRI · DATICUM · *L* ‖ 11 ad septentrionem *N* adseptētrionē *L* | mare *post* in *add. C* ‖ 13 ætas *N* aetas *B* etas *L* | post (t *statim inserta*) *B* ‖ 14 mithridates (r *supra versum m. 1*) *B* ‖ 15 quatuor *L* | pirro (y *inter* h *et* i, h *inter* r *et* o *inseruit m. 1*) *N* pyrro *L* | quattuordecim *C* tredecim *B*, *Florus, ut numeris luderet, hic* (*v. p. 51, 11 et 61, 7*) *bellum Hannibalicum iam eo anno quo in Africam translatum est finitum esse sumpsit* | hannibali suffecerint *om. B* ‖ 17 subactus (*posterior* u *correcta ex* i) *L* | syllæ *C* sillae *B* ‖ 19 parce. (r *supra versum*) *post* belli *add. L* | apud casium *L* | attrectari *L* ‖ 20 bithynico *N* bythiuico *L*

4 flagrabat. spem ac fiduciam dabant nostra vitia. quippe
cum civilibus bellis distringeremur, invitabat occasio,
nudumque latus imperi ostendebant procul Marius Sylla
5 Sertorius. inter haec rei p. vulnera et hos tumultus
repente quasi captato tempore in lassos simul atque
districtos subitus turbo Pontici belli ab ultima veluti
specula septentrionis erupit.
6 Primus statim impetus belli Bithyniam rapuit, Asia
inde pari terrore correpta est, nec cunctanter ad regem
7 ab urbibus nostris populisque descitum est. aderat, in-
stabat, saevitia quasi virtute utebatur. nam quid atrocius
uno eius edicto, cum omnes qui in Asia forent Romanae
civitatis homines interfici iussit? tum quidem domus
templa et arae, humana omnia atque divina iura violata
8 sunt. sed hic terror Asiae Europam quoque regi aperiebat.
itaque missis Archelao Neoptolemoque praefectis excepta
Rhodo, quae pro nobis firmius stetit, ceterae Cyclades
Delos Euboea et ipsum Graeciae decus Athenae tenebantur.
9 Italiam iam ipsamque urbem Romam regius terror ad-
flabat. itaque L. Sylla festinat, vir armis optimus, pari-
que violentia ruentem ulterius hostem quadam quasi manu
10 reppulit. primumque Athenas urbem — quis crederet? —
frugum parentem, obsidione ac fame ad humanos cibos
conpulit; mox subrutus Piraei portus sex et amplius

1 fraglabat *N* | dabant (n *supra versum*) *B* ‖ 2 ciuilibus (li *sup. vers. m. 1*) *B* | destringeremur *B* disiungeremur (re *sup. vers. m. 1*) *N* disiungeremur *L* ‖ 3 latus imperii *B* imperii (*ultima* i *sup. vers. m. 2*) latus *N* imperii latus *L* | Proculus (us *supra versum m. 1*) *B* | sylla (*prior* l *m. 1 correcta ex* r) *N* ‖ 4 os *L* ‖ 6 districtos (*posterior* s *erasa*) *B* | uel utili *B* ‖ 7 spectacula (cta *expunxit m. 2*) *N* ‖ 8 bythiniam *B* bithiniam *L* ‖ 12 ut omnes *N* | romaniae *B* ‖ 14 adque *B* ‖ 15 regia peribat *B* ‖ 16 excepta (a *correcta ex* is) *L* ‖ 17 ceterum *N* cęterum *L* ‖ 18 ipsamque (ipsam *supra versum m. 1*) *N* ‖ 19 terror (*prior* r *supra versum m. 1*) *B* | adflabat (f *in rasura*) *B* afflabat *L* ‖ 20 silla *L* ‖ 21 eadem *Hauptius, at v. II 13, 49* ‖ 22 primamque *B* ‖ 23 hac *B* ‖ 24 compulit *N* cõpulit *L* | subrutos (v *supra* o) *B* subruto *C* | piraci *L* | portu *C* | colchis tenus (*p. 99, 16*) — latius quam sic illos quoque (*p. 102, 6*) *post* portu *C* | aut *B*

muris cinctus. postquam domuerat ingratissimos homi-
num, tamen, ut ipse dixit, in honorem mortuorum sacris
suis famaeque donavit. mox cum Euboea atque Boeotia 11
praesidia regis depulisset, omnis copias uno apud Chaero-
niam, apud Orchomenon altero bello dissipavit statimque
in Asiam transgressus ipsum obprimit. et debellatum
foret, nisi de Mithridate triumphare cito quam vere ma-
luisset. ac tum quidem hunc Asiae statum Sylla dederat: 12
ictum cum Ponticis foedus, recepit Bithyniam a rege
Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam, Asia rursus nostra,
ut coeperat, Mithridates tantum repulsus. itaque non
fregit ea res Ponticos, sed incendit. quippe rex Asia et 13
Europa quodam modo inescatus non iam quasi alienam,
sed, quia amiserat, quasi raptam belli iure repetebat.
igitur ut extincta parum fideliter incendia maiore flamma 14
revivescunt, ita ille de integro, auctis maiorem in modum
copiis, tota denique regni sui mole in Asiam rursus mari
terra fluminibusque veniebat.

Cyzicum, nobilis civitas, arce moenibus portu turribus- 15

quoque et *C, v. Oros. VI 2, 5; Velleius II 23, 3* ‖ 1 cinctus *om. C* | domus erat *in* domuerat *mut. N*[2] | ingratistissimos (*posterius* tis *exp. m. 1*) *N* ‖ 2 tamen *post* honorem *ponit C* ‖ 3 domauit *C* | boetia *B* ‖ 4 dispulisset *BL* dis cipulis set (ci *expunxit m. 2*) *N* | omnis (i *in* e *mutavit m. rec.*) *N* omnes *L* | aput *L* ‖ 5 orthome·non *L* | disipauit *N* ‖ 6 ipsam (*supra* a *deletam* a *m. 2*) *N* | opprimit *BL* | debellatum (a *supra* u *m. 2*) *N* ‖ 7 demithidate *B* ‖ 8 silla *L* ‖ 9 ponticis (*posteriorem* i *in* e *mutavit m. 2,* s *expunxit m. rec.*) *N* | phoedus *B* | recoepit (o *supra versum*) *B* | bithiniam *B* bythiniam *L* | et rege *B* ex rege *Woelfflinus* ‖ 10 nichomede abariobar zenae *B* nicomede abariobarzane *C*: *corr. Lipsius* Bithyniam regi Nicomedi, Ariobarzani *Salmasius* | cappadociam (*prior* p *supra versum m. 1*) *N* capadotiam *L* | ac sic erat *ante* asia *add. C* | rursū (*lineola m. 1*) *N* ‖ 11 coeperat (o *supra versum*) *B* | mithidates tantus *B* ‖ 12 ponticos (*posterior* o *correcta ex* u) *B* | asiæet (e *supra versum m. 2*) *N* ‖ 13 alienam (am *correctum m. 1 ex* at) *N* ‖ 17 rursus (*prior* u *correcta ex* r) *L* ‖ 18 fluminibusque mar|ueniebat (mar *erasum,* ueniebat *in rasura scriptum*) *B* ‖ 19 ci zicus *B* Cyzi∗cum. *N* Cizicum *L, cf. Plin. n. h. V 142, VI 216, Mela I 98* | arce (*supra* e *virgula, quae* m *significat, posita, sed m. 2 deleta*) *N*

que marmoreis Asiaticae plagae litora inlustrat. hanc ille
16 quasi alteram Romam toto invaserat bello. sed fiduciam
oppidanis resistendi nuntius fecit docens adventare Lu-
cullum, qui — horribile dictu — per medias hostium
naves utre suspensus et pedibus iter adgubernans viden-
17 tibus procul quasi marina pistis evaserat. mox clade
conversa, cum ex mora obsidî regem fames et ex fame
pestilentia urgueret, recedentem Lucullus adsequitur adeo-
que cecidit ut Granicus et Aesepus amnes cruenti red-
18 derentur. rex callidus Romanaeque avaritiae peritus spargi
a fugientibus sarcinas et pecuniam iussit, qua sequentes
moraretur. nec felicior in mari quam in terra [fuga].
quippe centum amplius navium classem adparatu belli
gravem Pontico mari adgressa tempestas tam foeda strage
19 laceravit ut navalis belli instar efficeret, planeque ut
Lucullus quodam cum fluctibus procellisque commercio
20 debellandum tradidisse regem ventis videretur. adtritae
iam omnes validissimi regni vires erant, sed animus malis
21 augebatur. itaque conversus ad proximas gentes totum
paene orientem ac septentrionem ruina sua involvit. Hi-

1 littora *B* | illustrat *L* ‖ 4 orribile *B* ‖ 5 gubernans *B*, *at v. p. 64, 12* ‖ 6 istris *N* pistris *L* ‖ 7 obsidii (*ultima* i *supra versum m. 1*) *B* obsidentem *C* | fames et *om. N* fames *om. L* | 8 urgeret . *L* | lucullus (*secunda* l *supra versum*) *B* | assequitur *L* ‖ 9 cæcidit *N* cecidit *L* caedit *B* | granippus *B* | aesopus: *corr. Salmasius* ‖ 11 aurum *ante* a *add. B* | sarcinas *ante* et *om. B*, *at v. Polyaenus VII 29, 2* | et pecuniam (et *et* cu *supra versum m. 1*) *N* | quo *N. Heinsius* | quae sequentes morarentur *Perizonius* ‖ 12 necfelicior (*prior* c *supra versum m. 1*) *N* | felicior (fe *correctum m. 1 ex* fide) *B* | immari *L* | in *ante* terra *om. B* | fuga *seclusit Perizonius* ‖ 13 centum *om. B* | apparatum (m *erasa*) *B* adparatumque *N* apparatumque *L* ‖ 14 graue *B* | pontu *B* in pontico *C* | adgressa (*prior* s *sup. vers. m. 1*) *N* aggressa *L* | tempestatem fodas (o *in* e *mutavit m. 1*) rage *B* ‖ 15 instar (a *correcta ex* e) *B* | *post* instar *rasura duarum vel trium litterarum N* | planequasi lucullus *C* ‖ 17 Attritae *L* ‖ 18 ualidissimi (*ultimam* i *in* ę *mutavit m. rec.*) *N* ‖ 19 agebatur *N* augebantur *L* | adproximas (d *supra versum m. 1*) *N*

beri Caspii Albani et utraeque sollicitantur Armeniae, per
quae omnia decus et nomen et titulos Pompeio suo For-
tuna quaerebat. qui ubi novis motibus ardere Asiam 22
videt aliosque ex aliis prodire reges, nihil cunctandum
ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim
ponte navibus facto omnium ante se primus transît Eu-
phraten regemque fugientem media nanctus Armenia —
quanta felicitas viri — uno proelio confecit. nocturna 23
ea dimicatio fuit et Luna in partibus. quippe quasi
commilitans dea cum a tergo se hostibus, a facie Romanis
praebuisset, Pontici per errorem longius cadentis umbras
suas quasi hostium corpora petebant. et Mithridates qui- 24
dem nocte illa debellatus est. nihil enim postea valuit,
quamquam omnia expertus more anguium, qui optrito
capite postremum cauda minantur. quippe cum effugisset 25
hostem Colchis tenus, iungere Bosporon, inde per Thracen
Macedoniamque et Graeciam transilire, sic Italiam nec-
opinatus invadere tantum cogitavit. sed defectione civium 26
Pharnacisque fili scelere praeventus male temptatum ve-
neno spiritum ferro expulit.

Gnaeus interim Magnus rebellis Asiae reliquias sequens 27
per diversa gentium terrarumque volitabat. nam sub
orientem secutus Armenios, captis, ipso capite gentis,

1 ultraeque (l *erasa*) *B* | perque *C* ‖ 2 gloriae *post* titulus (*sic*) *add. B, at cf. p. 31, 13; alibi* ‖ 3 querebant *L* | nobis *B* ‖ 6 transiit *B* | eufraten *N* Eufratē *BL, v. mus. Rhen. XLIV (1889) p. 102* ‖ 7 nactus *L* ‖ 10 commilitans cum quasidea *B* | dea *om. C* | romanis (nis *add. m. 2*) *N* ‖ 11 cadentes *C* | 13 ualuit *om. B* ‖ 14 angiuum *L* | optrito (*posterior* o *correcta ex* um) *B* obtrito *C* ‖ 15 postremum *in* postremo *mutavit B*[1] ‖ 16 colchos (h *sup. vers. N*[1]) siciliae quoque litora et campaniam nostram subito aduentu terrere uoluit sic felix *post* hostem *add. C cf. p. 96, 24; 102, 6* | bosphoron *BL* | thraciam *C* ‖ 17 que *om. C* ‖ 18 tandem *Sauppius* | sed defectione *B* perdefectionem *C* ‖ 19 farnacisque *C* | filii *BL* filii (*ultima* i *supra versum m. 2*) *N* ‖ 21 rebellis (i *in* e *mutavit m. rec.*) *N* ‖ 22 nunc sub *C* ‖ 23 captae gentis atrapens supplicem *ceteris omissis B* | in *ante* ipso *add. C ad* ipso capite *cf. p. 88, 1* | gentis satrapen *Iahnius*

28 Artaxatis supplicem iussit regnare Tigranen. at in septen-
trione Scythicum iter tamquam in mari stellis secutus
Colchos cecidit, ignovit Hiberiae, pepercit Albanis. regem
horum Oroden positis sub ipso Caucaso castris iussit in
plana descendere, at Artocen, qui Hiberis imperabat, ⟨tri-
buta⟩ et obsides liberos dare; Oroden etiam remuneratus
est ultro ab Albania sua lectum aureum et alia dona
29 mittentem. nec non et in meridiem verso agmine Liba-
num Syriae Damascumque transgressus per nemora illa
odorata, per turis et balsami silvas Romana signa circum-
30 tulit. Arabes, siquid imperaret, praesto fuere. Hieroso-
lymam defendere temptavere Iudaei; verum haec quoque
et intravit et vidit illud grande impiae gentis arcanum
patens, sub aurea vite Caelum. dissidentibusque de regno
fratribus arbiter factus regnare iussit Hyrcanum, Aristo-
31 bolum, quia renovabat imperium, in catenas dedit. sic

1 tigranen *N* tigranen (en *correctum ex* ẽ) *B* tigranẽ. *L* | ad *B* | septentrionem *N* septem trionem *L* ‖ 2 scy thioum *B* scyticum *C* | maris tellis *B* mari stellis (*verba iunctim scripta divisit m. 2*) *N* maris stellis *L* | sequutus *B* ‖ 3 regem colchorum: *corr. Graevius* (regemque horum) *et Goertzius* ‖ 4 orho zen *B* | ipso (i *correcta ex* p) *L* | causaso (*supra priorem* s *m. 1* c) *N* causa so *L* ‖ 5 ad *codd.* | arthocen *B*, *at v. Appianus Mithr. 117* | tributa *ante* et *inserui*, *lacunam indicaverat Halmius*, *cf. Appianus Mithr. 103* ὅμηρά τε καὶ δῶρα et *del. Iahnius* ‖ 6 horolen *B* | etiafe; muneratus. est (*distinxit m. 2*) *N* etiam muneravit *B* ‖ 7 lectulum *N* *nescio an recte* lectulum (c *supra versum*) *L* | aureum (e *supra versum m. 2*) *N* aureum (e *supra versum*) *L* ‖ 8 mittentem · | mittentem (*posterius erasum*) *B* mittentem (*posteriorem* m *expunxit m. 2*) *N* | et *om. B* | im *C* | hacmine *B* ‖ 9 siriae *B* ‖ 11 siquit *B* si quod (i *supra* o *m. 2*) *N* siquidem *L* | ierosolimam *B* hierosolymam *N* hierosolimam *L* *cf. G. Wilmanns Exempla inscr. 922* ‖ 12 quoque haec *L*, *transpos. m. eadem* | hæc (i *sup.* æ *m. 2*) *N* ‖ 13 illum *B* | archanum *BL* ‖ 14 aurea uitae caelum (*h. e. dei Caeli statuam, v. Iuvenal. 6, 545; 14, 97, Petron. fr. 37, 2 B., Perrot et Chipiez Hist. de l'art dans l'antiq. II fig. 8, 235, al.*) *B* aureo uti scęlo (s *exp. m. 2*) *N* aureo uti cęlo. *L* sub aureo cillo *Le Moynius* aurea vite cillum *Iahnius* aureo vitem caelo *Lipsius* aureo utique velo *Graevius* ‖ 15 regnare (e *radendo correcta ex* &) *B* | hircanum *N* hirtanum *L* | aristobolo *C* ‖ 16 imperium *B* eam rem. *C* | in *om. C*

Pompeio duce P. R. totam, qua latissima est, Asiam pervagatus, quam extremam imperii habebat provinciam mediam fecit. exceptis quippe Parthis, qui foedus maluerunt, et Indis, qui adhuc nos nec noverant, omnis Asia inter rubrum et Caspium et Oceanum Pompeianis domita vel oppressa signis tenebatur.

XLI. BELLVM PIRATICVM.

Interim cum P. R. per diversa terrarum districtus III, 6
est, Cilices invaserant maria sublatisque commerciis, rupto
foedere generis humani, sic maria bello quasi tempestate
praecluserant. audaciam perditis furiosisque latronibus 2
dabat inquieta Mithridaticis proeliis Asia, dum sub alieni
belli tumultu exterique regis invidia inpune grassantur.
ac primum duce Isidoro contenti proximo mari Cretam 3
inter atque Cyrenas et Achaiam sinumque Maleum, quod
a spoliis aureum ipsi vocavere, latrocinabantur. missus- 4
que in eos P. Servilius quamvis leves et fugaces myo-
paronas gravi et Martia classe turbaret, non incruenta
victoria superat. sed nec mari submovisse contentus 5
validissimas urbes eorum et diutina praeda abundantes,
Phaselin et Olympon evertit Isaurosque ipsam arcem Cili-

1 ponpeio *L* | tota *B* totum (a *supra* u *m. 2*) *N* | asia *B* ‖ 3 partis (*spiritus m. 1*) *B* | phoedus *B* ‖ 4 adhunc (n *expunxit m. 1 et 2*) *N* | nos non *C* ‖ 5 pompeianis (*prior* i *supra versum*) *L* ‖ 6 ignis *N* ignibus N^2 ‖ 7 PYRATICUM *B* PYRA TICVM *L* ‖ 8 dum *C*, *quod fortasse recipere licet* | destrictus *B* distractus *C* ‖ 10 phoedere *B* ‖ 11 preduxerant *L* | audaeciam (e *deleta et supra eam rasura unius litterae vel virgulae*) *B* | periosique *B* ‖ 12 mithridaticis (*primam* e *in* i *mutavit m. rec.*) *N* ‖ 13 exterritique *B* | inuidiam *B* | impune *B* | crassantur *B* ‖ 15 adque (d *in* t *correxit m. 1*) *N* | syrenas *B* | signum que *L* ‖ 16 abspoliis *B*, *at v. Goertzius II p. XI* | missumque *B* ‖ 17 publius *B* ‖ 18 myoparonas (y *correcta ex* i) *B* mioparonas *L* | turbat et *Iahnius* ‖ 19 summouisse *B* | contemptus *L* ‖ 20 habundantes *B* ‖ 21 phaselim *B* | olympum *B* | euertitque saurosque *B* euertit isaurosque B^1 | isauronque *N* isaurumque *L* *an* Isauramque? *v. Plin. n. h. V 94; Frontin. strat. III 7, 1; alios* | arcem (c *correcta ex* t) *B*

ciae, unde conscius sibi magni laboris Isaurici cognomen
6 adamavit. non ideo tamen tot cladibus domiti terra se
continere potuerunt, sed ut quaedam animalia, quibus
aquam terramque incolendi gemina natura est, sub ipso
hostis recessu inpatientes soli in aquas suas resiluerunt,
et aliquanto latius quam prius Siciliae quoque litora et
7 Campaniam nostram subito adventu terrere voluerunt. sic
Cilix dignus victoria Pompei visus est et Mithridaticae
provinciae factus accessio. ille dispersam toto mari pestem
semel et in perpetuum volens extinguere divino quodam
8 adparatu adgressus est. quippe cum classibus et suis et
socialibus Rhodiorum abundaret, pluribus legatis atque
praefectis utraque Ponti et Oceani ora conplexus est.
9 Gellius Tusco mari inpositus, Plotius Siculo; Atilius
Ligusticum sinum, Pomponius Gallicum obsedit; Torquatus
Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, qua primum
maris nostri limen aperitur; Libycum Lentulus Marcellinus,
10 Aegyptium Pompei iuvenes; Hadriaticum Varro Terentius,
Aegaeum et Ponticum et Pamphylium Metellus; Asiaticum
Caepio, ipsas Propontidos fauces Porcius Cato sic obditis
11 navibus quasi porta obseravit. sic per omnis aequoris

4 incolendi (*posterior* i *correcta ex* a) *L* ‖ 5 recessu (*posterior* e *m. 1 correcta ex* u) *B* | impatientes (*posterior* e *ex* i *correcta m. 1, ut videtur*) *N* | inaquas (*prior* a *correcta ex* i) *L* | siluerunt *B* ‖ 6 prius sic illos quoque ante mox subruto epiræi portu *C deinde sequuntur verba p. 96, 24 omissa* ‖ 7 uoluit *C* ‖ 8 felix et dignus *C* | pompeius *C* | mithridaticæ (c *supra versum m. 1*) *N* ‖ 9 factas (s *expunxit m. 2*) *N* | ille (e *corr. m. 1 ex* a) *B* | tota *BL* ‖ 10 impertuum *N* | extincguere *N* extinguere *bis L* ‖ 11 apparatu *BL* | aggressus *L* | et *ante* suis *om. C* ‖ 12 habundaret *B* | adquæ (æ *in* e *mutavit m. 2*) *N* | 13 complexus *N* cõplexus *L* ‖ 14 gratillus *B* gratillius *C*: *corr. I. F. Gronovius* (P. Atilius) *et Halmius* ‖ 15 lugusticum *B* licusticum *L* | pompeius: *corr. Dukerus* ‖ 17 lentulus libicum (lybicum *N*) marcellinus: *corr. Mommsenus* ‖ 18 ęgiptium *L* | hadriaticum (h *supra versum*) *B* ‖ 19 pamphilium *L* ‖ 20 propontidos (ti *correctum ex* di) *B* propontidos (i *supra ultimam* o *m. 2*) *N* ‖ 21 portam: *corr. Lipsius* | obseruabit *N* obseruavit N^2 obseruauit *L*

portus sinus latebras recessus promunturia freta paeninsulas quidquid piratarum fuit quadam indagine inclusum et oppressum est. ipse Pompeius in originem fontemque 12 belli Ciliciam, nec hostes detractavere certamen. non ex 13 fiducia, sed quia oppressi erant, ausi videbantur; sed nihil tamen amplius quam ut ad primum ictum concurrerent. mox ubi circumfusa undique rostra viderunt, abiectis statim telis remisque plausu undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam petiverunt. non alia 14 tam incruenta victoria usi umquam sumus; sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. idque prospectum singulari consilio ducis, qui maritimum genus a conspectu longe removit maris et mediterraneis agris quasi obligavit, eodemque tempore et usum maris navibus recuperavit et terrae homines suos reddidit. quid prius in hac 15 mirere victoria? velocitatem? quadragensimo die parta est. an felicitatem? ne una quidem navis amissa est. an vero perpetuitatem? amplius piratae non fuerunt.

XLII. BELLVM CRETICVM.

Creticum bellum, si vera volumus, [nos fecimus] sola III, 7 vincendi nobilem insulam cupiditas fecit. favisse Mithri-

1 promuntoria *L* | peneinsulas *N* pęne insulas *L* ‖ 2 quicquid *BL* | piraturum *B* piratarum (i *supra versum m. 1*) *N* ‖ 3 oppressum est *om. B* | oppressum (*prior* s *supra versum m. 1*) *N* ‖ 4 detractauere (*priorem* a *in* e *mutavit m. 1*) *N* detrectauere *L* ‖ 5 oppressiaerant (*prior* a *erasa*) *N* ‖ 7 uiderent *B* ‖ 8 adiectis *B* | talis *B* | pari quod supplicantium *in rasura B* ‖ 10 numquam (n *expunxit m. 2*) *N* | fideliori *Mommsenus* ‖ 11 reperta gens ulla est *om. B* ‖ 12 genvs (v *supra versum m. 2*) *N* ‖ 15 homines (mi *supra versum m. 1*) *B* | inac *B* ‖ 16 mirer *C* ‖ 16 quod *post* uelocitatem *add. C* | quadragesimo *BL* | diem (m *expunxit m. 2*) *N* ‖ 17 quod *ante* ne *add. C* ‖ 18 quod *ante* amplius *add. BC* | fu|erunt (*ante* e *litterae* it *vel* rt *deletae*) *B* ‖ 19 BELLṼM *L* ‖ 20 noscere (re *supra versum,* r *m. 1 ex* f *correcta*) *ante* nos *add. N* noscere *ante* nos *add. L* | nos fecimus *seclusit Iahnius* ‖ 21 c̣upididate (*om.* fecit) *C*

2 dati videbatur; hoc placuit armis vindicare. primus invasit insulam Marcus Antonius cum ingenti quidem victoriae spe atque fiducia, adeo ut pluris catenas in navibus quam
3 arma portaret. dedit itaque poenas vecordiae. nam plerasque naves intercepere hostes captivaque corpora religantes velis ac funibus suspendere ac sic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigaverunt.
4 Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus intra castella et urbes redegit, Cnoson Eleythernan et, ut
5 Graeci dicere solent, urbium matrem Cydoneam; adeoque saeve in captivos consulebatur ut veneno se plerique conficerent, alii deditionem suam ad Pompeium absentem
6 mitterent. et cum ille res in Asia gerens eo quoque praefectum misisset Antonium, in aliena provincia inritus fuit, eoque infestior Metellus in hostes ius victoris exercuit victisque Lasthene et Panare, Cydoneae ducibus, victor redît. nec quicquam tamen amplius de tam famosa victoria quam cognomen Creticum reportavit.

XLIII. BELLVM BALEARICVM.

III, 8 Quatenus Metelli Macedonici domus bellicis agnominibus adsueverat, altero ex liberis eius Cretico facto mora non

3 suę *in* spę *mut. L* | fiduciae *B* | pluris (i *in* e *mut. m. rec.*) *N* plures *BL* ‖ 5 intercepit hostis *B* | captiuaque (*posterior* a *correcta ex* e) *L* | religata *C* ‖ 6 pependere *C* | siuelificantes *B* | triumfantium *C* ‖ 9 et *post* redegit *add. C* | gnoson *C* | ae tery threan *B* et erythream *N* et terithream. *L*: *corr. D. Vossius* (Eleutheram) *et Iahnius* ‖ 10 mater *B* | cydoneam (y *correcta ex* i) *B* | adeo|qua *B* ‖ 11 consolebatur *B* consulabatur (e *supra priorem* a *posuit m. 1*, a *expunxit m. 2*) *N* ‖ 12 ad (d *supra versum m. 1*) *B* | pompeium (u *correcta ex* o) *B* | 13 re signasia *L* | gerens (n *supra versum m. 1*) *B* | eo quoque *del. Iahnius* ‖ 14 Antonium] *immo* Octavium | aliam prouinciam *B* alienam prouinciam *Mommsenus* ‖ 15 ostes (*spiritus m. 1*) *B* ‖ 16 lasthenae (h *supra versum*) *B* | cydonæae B cydonæ *C* ‖ 17 rediit *B* | nequicquam *L* | amplius tamen *C* ‖ 18 cognomen (cog *supra versum*) *B* ‖ 20 id est sicut *supra* Quatenus N^2 | hacnominibus *B* nominibus *C*

fuit quin alter quoque Balearicus vocaretur. Baleares 2
per id tempus insulae piratica rabie maria corruperant.
homines feros atque silvestris mireris ausos a scopulis
suis saltem maria prospicere. ascendere etiam inconditas 3
rates et praeternavigantes subinde inopinato impetu ter-
ruere. set cum venientem ab alto Romanam classem 4
prospexissent, praedam putantes ausi etiam occurrere et
primo impetu ingenti lapidum saxorumque nimbo classem
operuerunt. tribus quisque fundis proeliantur. certos esse 5
quis miretur ictus, cum haec sola genti arma sint, id
unum ab infantia studium? cibum puer a matre non ac-
cipit, nisi quem ipsa monstrante percusserit. sed non
diu lapidatione Romanos terruere. postquam comminus 6
ventum est, expertique rostra et pila venientia, pecudum
in morem clamore sublato petiverunt fuga litora dilapsi-
que in proximos tumulos quaerendi fuerunt ut vincerentur.

XLIIII. EXPEDITIO IN CYPRON.

Aderat fatum insularum. igitur et Cypros recepta sine III, 9
bello. insulam veteribus divitiis abundantem et ob hoc 2
Veneri sacram Ptolomaeus regebat. et divitiarum tanta 3
erat fama, nec falso, ut victor gentium populus et donare
regna consuetus P. Clodio tribuno plebis duce socii vivi-
que regis confiscationem mandaverit. et ille quidem ad 4
rei famam veneno fata praecepit. ceterum Porcius Cato 5

1 balleriacus *L* | B*aleares *N* ‖ 2 idem *C* | pyratica *L* ‖ 3 ferros (*prior* r *erasa*) *B* | ascopulis (*prior* s *inter scribendum inserta*) *B* ‖ 5 praenauigantes *C* | inoppinato (*prior* p *supra versum*) *B* inopia nato *N* ‖ 6 Sed *BL* et *Sauppius* | calassem (*prior* a *erasa*) *L* ‖ 9 quisque (is *correctum ex* o) *L* | proeliatur *C* ‖ 10 haec (h *supra versum*) *B* ‖ 11 accepit *B* ‖ 12 percusserit *B*[1] percussit *BC* ‖ 13 nam *ante* postquam *add.* *B* ‖ 14 experti *Iahnius, an* est *delendum?* ‖ 15 clamore *bis* (*posterius expunxit m. 1.*) *N* | petierunt *C* | dilapsique *bis* (*posterius deletum*) *N* ‖ 17 CYPRUM *B* ‖ 18 fatum (f *correcta ex* st *m. 1*) *B* ‖ 19 et Paphon *C. Meiserus* ‖ 20 uenire *B* | sed *B* Sed *L* ‖ 22 plebis *om.* *C*

Cyprias opes Liburnis per Tiberinum hostium invexit. quae res latius aerarium P. R. quam ullus triumphus implevit.

XLV. BELLVM GALLICVM.

III, 10 Asia Pompei manibus subacta reliqua, quae restabant
2 in Europa, Fortuna in Caesarem transtulit. restabant
autem inmanissimi gentium Galli atque Germani et quamvis toto orbe divisi, tamen quia vincere libuit, Britanni.
Primus Galliae motus ab Helvetîs coepit, qui Rhodanum inter et Rhenum siti, non sufficientibus terris venere sedem petitum incensis moenibus suis: hoc sacramentum
3 fuit ne redirent. sed petito tempore ad deliberandum,
cum inter moras Caesar Rhodani ponte rescisso fugam abstulisset, statim bellicosissimam gentem sic in sedes
4 suas quasi greges in stabula pastor reduxit. sequens
longe longeque cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium. hic cum multa Romanorum militum insignia, tum illud egregium ipsius ducis, quod nutante in fugam exercitu rapto fugientis e manu scuto
5 in primam volitans aciem manu proelium restituit. inde
cum Venetis etiam navale bellum, sed maior cum Oceano quam cum ipsis navibus rixa. quippe illae rudes et informes et statim naufragae, cum rostra sensissent; sed

1 ciprias *L* | liburnis (u *corr. ex* e) *L* | ostium *L* ‖ 2 aerarium (ae *in ras.*) *B* ‖ 5 reliquia *L* reliquias *Palat.* ‖ 7 immanissimi *C* ‖ 8 diuisam *L* diuisa *vg.* | qui uin cerit (uicerat *m. 2*) habuit brittaniam (britanniam *m. 1*) *N* qui uinceret habuit britaniam *L* qui vinceret habuit Britannia *vg.* ⟨vicini⟩ tamen*? v. anth. Lat. 425, 426 R.* | brittanni (*prior* t *deleta*) *B* ‖ 9 ad (d *exp. m. 2*) belgetis *N* abelgetis *L* | heluetiis (h *sup. vers.*) *B* | rodanum *C* ‖ 10 hrenum *C* ‖ 13 caesar (r *correcta ex* s) *B* | rodani *L* | rescisso (*ultima* s *supra versum*) *B* rescissos *L* ‖ 14 abstulisset fugam *C* | abstulisse *B* | sic inedes *L* ‖ 15 quasi *ante* in *add. N* | stabulum *B* | deduxit *C* | Sequens (n *supra versum m. 1*) *N* ‖ 16 *prius* longe *om. C* | que *om. L* | belcarum *B* ‖ 17 hinc *B* ‖ 18 egregiūs (s *linea transversa deleta et* iūs *radendo in* i *mutatum*) *B* | 19 fuga: *corr. Rhed.* | exercitus *B* ‖ 20 inde (n *supra versum m. 1*) *N* Vxde *L* ‖ 21 uenet siis *B* ‖ 23 sed *om. B*

haerebat in vadis pugna, cum aestibus solitis in ipso
certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur.
illae quoque accessere diversitates pro gentium locorum- 6
que natura. Aquitani, callidum genus, in speluncas se
recipiebant: iussit includi; Morini dilabebantur in silvas:
iussit incendi. nemo tantum feroces dixerit Gallos: frau-
dibus agunt. Indutiomarus Treveros, Ambiorix concitavit 7
Eburones. utrique absente Caesare coniuratione facta
invasere legatos. sed ille fortiter a Dolabella summotus 8
est, relatumque regis caput; hic insidis in valle dispositis
dolo perculit. itaque et castra direpta sunt et Aurun-
culeium Cottam cum Titurio Sabino legatos amisimus.
nec ulla de rege mox ultio; quippe perpetua trans Rhe-
num fuga latuit.

Nec Rhenus ergo immunis; nec enim fas erat ut 9
liber esset receptator hostium atque defensor. et prima 10
contra Germanos illius pugna iustissimis quidem ex causis.
Haedui de incursionibus eorum querebantur. quae Ariovisti 11
regis superbia! cui cum legati dicerent 'veni ad Caesa-
rem!' et 'quis est Caesar?' et 'si vult, veniat' inquit, et
'quid ad illum, quid agat nostra Germania? num ego me

1 haerebant (n *transfixa et erasa*) *B* herebat (*prior* e *supra versum m. 2*) *N* | cum *bis* (*prius delevit m. 2*) *N* | cum ipso *C* ‖ 5 recipiebant (n *supra versum m. 1*) *B* | morabantur in siluis *B* nec (*supra versum m. 2*) mora dilabebantur in siluas *N* mora · dilabebantur insiluas *L*: *corr. Vinetus* ‖ 6 dixerat (a *correcta ex* i *m. 2*) *N* ‖ 7 indubio marus *B* indutiomarus (*m. 2 supra versum* pro · N · [= *proprium nomen*] *et* i *post* r) *N* | treberos *B* | ambio (o *correcta ex* um) rex *B* ambiotrix *L* | conuocauit *C* ‖ 8 euburones *B* | utrique (r *supra versum m. 1*) *N* ‖ 9 inuenere *N* inuenire *L* ‖ 10 insidis *N* insidiis *B* N^2 *L* | 11 aurum ablatum: *corr. Perizonius* ‖ 12 quod tam *B* m. cotta (m. *et posterior* t *supra versum m. 1, post* a *supra versum litterula erasa vel virgula*) *N* M. cottam *L* | tirio *B* | legato *C* ‖ 15 ec *L* | immunis *om. B* ‖ 16 sed *C* | 18 Haed uide *B* Haeduidę B^1 haec aui de *N* Hęc auide *L* | quae tario bisti *B* Quae ario iusti *L* quae erat Ariouisti *Iahnius* quanta Ariouisti *Woelfflinus* ‖ 19 cui *om. C* ‖ 20 et *om. C* | autem *post* est *add. C* ait *supra* autem N^2 | ueniat (t *correcta ex* d) *B* ‖ 21 germania (i *correcta ex* e *m. 1*) *N*

12 interpono Romanis?' itaque tantus gentis novae terror in
castris ut testamenta passim etiam in principiis scribe-
rentur. sed illa immania corpora quo maiora erant, eo
13 magis gladiis ferroque patuerunt. qui calor in proeliando
militum fuerit, nullo magis exprimi potest quam quod
elatis super caput scutis cum se testudine barbarus
tegeret, super ipsa Romani scuta salierunt et inde in
14 iugulos gladiis descendebant. iterum de Germano Tencteri
querebantur. hic vero iam Caesar ultro Mosellam navali
ponte transgreditur ipsumque Rhenum et Hercynîs hostem
quaerit in silvis; sed in saltus ac paludis genus omne
diffugerat. tantum pavoris incussit intra ripam subito
15 Romanus visus. nec semel Rhenus, set iterum quoque
et quidem ponte facto penetratus est. maior aliquanto
trepidatio. quippe cum Rhenum suum sic ponte quasi
iugo captum viderent, fuga rursus in silvas et paludes, et,
quod acerbissimum Caesari fuit, non fuere qui vincerentur.

16 Omnibus terra marique peragratis respexit Oceanum
et, quasi hic Romanis orbis non sufficeret, alterum cogi-
tavit. classe igitur conparata in Britanniam transit mira
celeritate; quippe qui tertia vigilia cum Morinorum sol-

1 romanos (*posteriorem* o *in* i *mutavit m. 2*) *N* ‖ 2 in *ante* principiis *om. B* | scribe|rentur (*ante 2.* r *una littera deleta*) *N* ‖ 3 erant maiora *C* ‖ 4 gladiis (g *m. 1 correcta ex* c) *B* ‖ 5 fuit *N* | maius *N* | poteest *B* ‖ 7 romanis *L* | iniugulo *L* ‖ 8 gladii *B* gladiis *N* gladiis (l *supra versum*) *L v. Claudianus de bell. Get. 601* | iteoum (a *sup.* e) *B* | genteri *B* ceNteri (N *expunxit m. 1?*) *N* centeri *L* treuiri *vg. vix haec sana* ‖ 9 mosellam *Monac.* musellam *B* massiliam *C* ‖ 10 rhenum (h *sup. vers.*) *B* | hyrcanis: *corr. vg.* ‖ 11 paludes *C* | gens omnis *B, at v. p. 49, 7* ‖ 12 subita *Wakefieldus* ‖ 13 romana uis *BN* romana ius *L*: *correxi* | et iterum *C* ‖ 14 sed *ante* maior *add. C, fortasse hoc recipiendum et in vs. 13* set *delendum* tum maior *Iahnius* ‖ 17 sed quod *N* Sequi (i *corr. ex* s) quod . *L* | aceruissimum *B* ‖ 18 terraq (q *expuncta*) *L* | peragratis *B* captis . *C* ‖ 19 setquasi *N* | romanus *C* | alterum *om. B* ‖ 20 Classe (l *corr. ex* a) *L* | comparata *N* | bretaniam (*om.* in) *B* brittanniam (*om.* in) *C* | petit in brittaniam transit *N* brittanniam petit . Jnbritaniam transit *L* ‖ 21 felere tate *in* celeritate *mutavit* B^1 | com morinos mouisset *B* marino soluisset (*om.* cum) *C*: *corr. Halmius* Morino solvisset

visset a portu, minus quam medio die insulam ingressus
est. plena erant tumultu hostico litora, et trepidantia ad 17
conspectum rei novae carpenta volitabant. itaque trepi-
datio pro victoria fuit. arma et obsides accepit a trepidis
et ulterius isset, nisi inprobam classem naufragio casti-
gasset Oceanus. reversus igitur in Galliam classe maiore 18
auctisque copiis in eundem rursus Oceanum eosdemque
rursus Britannos. Caledonas secutus in silvas unum quo-
que e regibus Casuellanum in vincla dedit. contentus his 19
— non enim provinciae, sed nomini studebatur — cum
maiore quam prius praeda revectus est, ipso quoque Oceano
tranquillo magis et propitio, quasi imparem se fateretur.

Sed maxima omnium eademque novissima coniuratio 20
fuit Galliarum, cum omnis pariter Arvernos atque Bituriges,
Carnuntas simul Sequanosque contraxit corpore armis spi- 21
rituque terribilis, nomine etiam quasi at terrorem con-
posito, Vercingetorix. ille festis diebus et conciliabulis,
cum frequentissimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad
ius pristinum libertatis erexit. aberat tunc Caesar Ra- 22
vennae dilectum agens, et hieme creverant Alpes: sic
interclusum putabant iter. sed ille qualis erat ad nun-

2 hostili|co (li *in margine additum*) *B* hostica *Mommsenus* | et conspectum *B* ‖ 5 inprobam (b *correcta ex* u) *B* inprobam (n *correcta m. 1 ex* m) *N* improbam *L* ‖ 6 reuersis *B* ‖ 8 brittannos (o *correcta m. 1 ex* u) *B* brittannos *C* | calidonias *C* | sequutus *B* | insulas *L* ‖ 9 et regibus *B* ex regibus *Iahnius* | cas|uella *B* cauelianis *C*: *correxi Dionem XL 2, 3 secutus, cf. Polyaen. VIII 23, 5* Cassivellaunum *Graevius* | uincula *C* | is *B* ‖ 10 nominis (s *erasa*) *B* | studebatur (tu *in rasura*) *B* ‖ 11 oceanoq (q *expuncta*) *L* ‖ 12 ma****gis (*ultima litterarum erasarum fuit* s) *N* | inparem *L* | ei *ante* se *add. B* ‖ 14 cum omnis (i *in* e *mut. m. rec.*) *N* cum omnes *L* | aruennos *B* | bituricas *BL* ‖ 15 carnutas *B* | seguanos (i *supra* e *m. 2*) que *N* | hi *ante* corpore *add. B* ille *C* hic *Iahnius* ‖ 16 terribiles *B* | nomen *B* | quasi terrore (at *om.*) *C* quasi in terrorem? ‖ 17 uerginge torix *B* uergin (n *m. 1 in rasura*) cetoris (*supra versum m. 2* pro · N · = *proprium nomen*) *N* uergingetoris *L* | concilialibus *L* ‖ 18 lucis (i *correcta ex* e *m. 1*) *N* | ferrocibus (*prior* r *erasa*) *B* ‖ 20 delectum *L* | concreverant *Halmius, sed ipse confert p. 91, 16*

tium rei — felicissimam temeritatem — per invios ad id
tempus montium tumulos, per intactas vias et nives ex-
pedita manu emensus Galliam et ex distantibus hibernis
castra contraxit et ante in media Gallia fuit quam ab
23 ultima timeretur. tum ipsa capita belli adgressus urbes,
Avaricum quadraginta milium propugnantium [sustulit],
Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuventute sub-
24 nixam flammis adaequavit. circa Gergoviam Avernorum
tota belli moles fuit. quippe cum octoginta milia muro
et arce et abruptis ripis defenderent maximam civitatem,
25 vallo sudibus et fossa inductoque fossae flumine, ad hoc
decem et octo castellis ingentique lorica circumdatam
primum fame domuit, mox audentem eruptiones in vallo
gladiis sudibusque concidit, novissime in deditionem redegit.
26 ipse ille rex, maximum victoriae decus, supplex cum in
castra venisset, ecum et phaleras et sua arma ante Cae-
saris genua proiecit. ‘habe’ inquit. ‘fortem virum, vir
fortissime, vicisti.’

1 felicissimae temeritatis: *correxi, post* qualis erat *posuit Freinshemius* —rem felicissimae temeritatis — *I. F. Gronovius* felicissima temeritate *Salmasius* ‖ 2 tumulos (*posterior* u *correcta ex* a) *L* | set (s *expunxit m. 2*) *N* ‖ 3 emensus (*virgula quae* a *significat supra* u *m. 2*) *N* | occupat *ante* galliam *add. C* [occupat Galliam] *Tollius* ‖ 5 aggressus *L* | urbes (s *sup. vers.*) *B* ‖ 6 salaricum *B* aluaricum *N* auiaricum *in* aluaricum *mut. L* | milia *N* | sustulit *seclusit Iahnius* Avaricum cum q. m. p. sustulit *vg.* ‖ 7 ęlesiam *L* | ducento|torum (*posterius* to *expunctum*) *L* ‖ 8 georgo uiam *C* | aruen uennorum *B* aruernorum (*posteriorem* r *in* n *mutavit m. 1*) *N* ‖ 9 molles (*priorem* l *erasit m. 1*) *B* cum (octoginta *om.*) milite. (ite *add. m. 2*) muro *N* ‖ 10 abruptis (b *correcta ex* p) *B* | ripis *om. C male, nam Elaver fluvius prope abest a Gergovia, v. Caesar bell. Gall. VII 34; 35; 53* 11 uallos (s *erasa*) *B* | subdibus *L* ‖ 12 decem et octo *B* $\widetilde{\text{XVIII}}$ · *C* | intentique *B* | circumdata *B* ‖ 14 gladiis *om. B* | subdibusque *L* ‖ 15 cum extra (extra *correctum ex* uenisset, *ut videtur*) uenisset *B* ‖ 16 equum *B* .cum *N om. L* | et *om. L* faleras *C* ‖ 17 habes: *corr. Petrarca hist. Iul. Caes. 18, 52*

XLVI. BELLVM PARTHICVM.

Dum Gallos per Caesarem in septentrione debellat, III, 11
ipse interim ad orientem grave volnus a Parthis populus
Romanus accepit. nec de fortuna queri possumus; caret
solacio clades. adversis et dis et hominibus cupiditas 2
consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage
legionum et ipsius capite multata est. et tribunus plebi 3
Metellus exeuntem ducem hostilibus diris devoverat, et
cum Zeugma transisset exercitus, rapta subitis signa tur- 4
binibus hausit Euphrates, et cum aput Nicephorium castra
posuisset, missi ab Orode rege legati nuntiavere, percus-
sorum cum Pompeio foederum Syllaque meminisset. regiis 5
inhians ille thensauris nihil ne imaginario quidem iure,
set Seleuciae se responsurum esse respondit. itaque dii 6
foederum ultores nec insidiis nec virtuti hostium defuerunt.
iam primum, qui solus et subvehere commeatus et munire
poterat a tergo, relictus Euphrates, dum simulato trans-
fugae cuidam Mazzarae Syro creditur. tum in mediam 7
camporum vastitatem eodem duce ductus exercitus, ut
undique hosti exponeretur. itaque vixdum venerat Carrhas, 8
cum undique praefecti regis Silaces et Surenas ostendere

I 1 BELL PARTKICUM ·,· *N* ‖ 2 septentrionem (m *expunxit m. 1*) *N* | ipse *ante* interim *om. C* | uulnus *BL* | aphartis *N* | [populus Romanus]? ‖ 5 diis *BL* | set (s *expunxit m. 2*) *N* | cupiditas (di *supra versum m. 1*) *B* ‖ 6 nam Crassus consul *I* ‖ 7 legionum — operuerunt (*p. 112, 7*) *om. I* | plebis *C* ‖ 8 Ateius *Freinshemius* | exuentem *B* | ducem (d *radendo in* l *mutata et m. 2 infra versum* id est diem) *N* lucem *L* | hostibus *B* ‖ 9 exercitus (e *supra priorem* e *male exaratam*) *L* ‖ 10 eufrates *C* | apud *C* | nicephorum *BN* niceforum *L*: *corr. Vinetus* ‖ 11 ab herode *B* aberode *L* | denunciauere *C* ‖ 12 phoederum *B* | sullamque *C* | meminisset (t *expunxit m. 2*) *N* | set regiis *Iahnius, at v. vs. 14* ‖ 13 thesauris *BL* | ne *om. C* | imginario *L* ‖ 14 sed *L* ‖ 15 phoederum *B* | insidiis (is *in rasura unius litterae*) *B* insidîs? ‖ 16 muniri *B* ‖ 17 eufrates *N* | Tum *L* ‖ 18 mazzare *N* *Festus brev. 17* mazare *BL* | siro *L* | tum *om. B* dum *L* ‖ 19 ut *om. C* ‖ 20 carhras *L* ‖ 21 praefecti (rae *in rasura*) *B* | silaces (pro N · = *proprium nomen supra versum m. 2*) *N* | sirenas *B* syrenas *C*: *corr. vg.* | hostendere *B*

signa auro sericisque vexillis vibrantia. tunc sine mora
circumfusi undique equitatus in modum grandinis at-
que nimborum densa pariter tela fuderunt. sic miserabili
9 strage deletus exercitus. ipse in conloquium sollicitatus
signo dato vivus in hostium manus incidisset, nisi tribunis
10 reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupassent. filium
ducis paene in conspectu patris idem telis operuerunt.
sic quoque relatum caput ludibrio hostibus fuit. reliquiae
infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, in Armeniam
Ciliciam Syriamque distractae vix nuntium cladis rettu-
11 lerunt. caput eius recisum cum dextera manu ad regem
reportatum ludibrio fuit, neque indigno. aurum enim
liquidum in rictum oris infusum est, ut cuius animus
arserat auri cupiditate, eius etiam mortuum et exangue
corpus auro ureretur.

XLVII. ANAKEΦALAEOSIS.

III, 12 Haec est illa tertia aetas populi R. transmarina, qua
2 Italia progredi ausus orbe toto arma circumtulit. cuius
aetatis superiores centum anni sancti pii et, ut diximus,

I 1 sereosque *L* | tum *C* ‖ 3 mirabili *L* ‖ 4 *num* sollicitatus est et signo dato occisus. vivus?, *v. Festus 17* ‖ 5 dato (o *correcta ex* u) *L* | in *om. B* hostium in manus *Halmius* | incidit sed nisi *C* inciderat?, *v. Festus l. c.* ‖ 6 sic quoque — fuit *post* occupassent: *post* operuerunt (*vs. 7*) *transposuit F. E. Koehlerus collato Plutarcho Crass. 25 sq., seclusit Iahnius* filium — operuerunt *et* sic quoque — fuit *post* deletus exercitus (*vs. 4*) *Goertzius* ‖ 7 cuius conspectu et filius hostilibus telis effossus et ipse peremptus caputque eius *I* | eisdem *C* ‖ 8 hosti *C* | reliqui (*sic*) — retulerunt *post* ureretur (*vs. 15*) *I* ‖ 9 uero *ante* infelicis *add. I* | quo *om. B* | quenque *L* ‖ 10 siliciam *B* celiciam *Iordanis codd. Heid. Pal.* ciliciam *C Iordanis codd. Val. Laur.* | siriamque *B* | distracti *I* | uix cladis tantae nuntium *I* cladis (i *m. 1 correcta ex* e) *N* | retulerunt *AL* ‖ 11 recissum *L* praecisum *I* ‖ 12 ludibrium *I* ‖ 14 exsangue *NI* exsanguine *L* ‖ 16 ANA · CEPKALAEOSIS ·,· *N* ANACHEPHALAEOSIS · (*prior* H *expuncta*) *L* ‖ 17 Haec est — sic Cras recepta (*II 19, 7*) *om. I* | tertia *om. B* tertia illa *Halmius conferens p. 13, 4* ‖ 19 sancti (c *supra versum m. 1*) *N*

aurei, sine flagitio, sine scelere, dum sincera adhuc et
innoxia pastoriae illius sectae integritas, dumque Poenorum
hostium inminens metus disciplinam veterem continebant.
posteri centum, quos a Carthaginis Corinthi Numantiaeque 3
excidiis et Attali regis Asiatica hereditate deduximus in
Caesarem et Pompeium secutumque hos, de quo dicemus,
Augustum, ut claritate rerum bellicarum magnifici, ita
domesticis cladibus miseri et erubescendi. quippe sicut 4
Galliam Thraciam, Ciliciam Cappadociam, uberrimas vali-
dissimasque provincias, Armenios etiam et Britannos, ut
non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina ad-
quisisse pulchrum ac decorum; ita eodem tempore dimi- 5
casse domi cum civibus sociis, mancipiis gladiatoribus
totoque inter se senatu turpe atque miserandum. ac 6
nescio an satius fuerit populo R. Sicilia et Africa con-
tento fuisse, aut his etiam ipsis carere dominanti in Italia
sua quam eo magnitudinis crescere ut viribus suis con-
ficeretur. quae enim res alia civiles furores peperit quam 7
nimiae felicitates? Syria prima nos victa corrupit, mox
Asiatica Pergameni regis hereditas. illae opes atque di- 8
vitiae adflixere saeculi mores mersamque vitiis suis quasi
sentina rem p. pessum dedere. unde enim populus R. a
tribunis agros et cibaria flagitaret nisi per famem quam

1 aureis sine *L* ‖ 3 imminens *B* ‖ 4 postremi *C* | quod *B* | achartaginis *B* achartaGinis (Gi *supra versum*) *L* | chorinti *L* ‖ 5 deduximus (*prior* d *correcta ex* r) *B* ‖ 6 ponpeium. *L* | sequutumque *B* | dicimus: *corr. Voss. Palat.* ‖ 7 et claritate *C* ‖ 9 gallia *B* | siciliam *B* | capadociam *L* ‖ 10 earmenios (*prior* e *expuncta*) *L* | et brittannos ∻ étiam *L* | brettannos (*posterior* t *deleta*) *B* brittannos *N* ‖ 11 non inuisum *B* ‖ 12 atquisisse *B* adquesisse (i *supra priorem* e *m. 2*) *N* adquississe *L* ‖ 12 pulchrum (h *supra versum*) *B* | hac *B* ‖ 14 turre (p *supra posteriorem* r *m. 2*) *N* | annescio *N* ‖ 15 ac satis *B* | fuerint *L* | populo (*prior* o *correcta ex* u) *L* | co tento *N* contentvm *N*² ‖ 16 parcere *B* | dominanti (*posterior* i *supra versum m. 2*) *N* ‖ 18 enim *supra versum L* ‖ 19 nimiae felicitatis *B* nimia felicitas *C* | corup|pit *L* ‖ 21 afficere *in* afflixere *mutavit L* ‖ 22 rei publice *L* ‖ 23 famen *L*

luxus fecerat? hinc ergo Gracchana prima et secunda
9 et illa tertia Apuleiana seditio. unde iudiciariis legibus
divulsus a senatu eques nisi ex avaritia, ut vectigalia rei
p. atque ipsa iudicia in quaestu haberentur? hinc Drusus
et promissa civitas Latio et per hoc arma sociorum. quid
10 autem? bella servilia unde nobis nisi ex abundantia familiarum? unde gladiatorî adversus dominos suos exercitus,
nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio, dum
spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem faceret?
11 iam ut speciosiora vitia tangamus, nonne ambitus
12 honorum ab isdem divitiis concitatus? atquin inde Mariana,
inde Syllana tempestas. aut magnificus apparatus conviviorum et sumptuosa largitio non ab opulentia paritura
13 mox egestatem? haec Catilinam patriae suae inpegit.
denique illa ipsa principatus et dominandi cupido unde
nisi ex nimîs opibus venit? atquin haec Caesarem atque
Pompeium furialibus in exitium rei p. facibus armavit.
14 hos igitur P. R. omnis domesticos motus separatos ab
externis iustisque bellis ex ordine persequemur.

1 luxu *C* | inc (*litt. initialis a rubricatore praetermissa*) *L* | gracchana · et *L* grachana (*supra 3.* a *virgula quae* m *significat del.*) et *B* eracliana et *N* Gracchanae *Iahnius* ‖ 2 appuleiana *B* | Jnde *B* Vnde *m. 2 sup. spatium vacuum 16 fere litterarum N om. L* Vnde regnare *Monac. Palat.* ‖ 3 diuulsvs (vs *m. 2 in rasura*) *N* iussus *L* | at senatu *B* ab senatu *Iahnius, at. v. Goertzius II p. XI* | uictigalia *N* ‖ 4 quaestum *B* | aberentur *L* | rursus *C* ‖ 6 habundantia *L* | familiarium *B* ‖ 7 gladiatori *L* gladiatorii *BN* | aduersum *B*, *at v. Goertzius II p. XIV* ‖ 8 nisi (si *supra versum m. 2*) *N* | at *B* | cum *C* ‖ 9 supplicia (ci *supra versum m. 2*) *N* | arte fecere *B* artem facit *C*: *corr. Iahnius* ‖ 11 ad *B* | hisdem *N* | incitatus *C* ‖ 12 syllana *B* sullana *N* sillana *L* ‖ 13 nonne N^2 | hopulentia *B* ‖ 14 catillinam *B* | inpegit (n *supra versum*) *B* impegit *C* ‖ 16 nimiis (*tertia* i *supra versum m. 1 et 2*) *N* nimiis *BL* | adquin *N* | caesarem (*prior* e *m. 1 in rasura*) *B* ‖ 17 inexitum *L* ‖ 18 P. R. *om. B* | oms̄ *B* omnis (i *in* e *mutavit m. 2*) omnes *L* ‖ 21 EPYTOMA IVL FLRI DE TITO LUIO LB · I · EXPLCT · *subscripsit B*

L·ANNAEI FLORI

EPITOMAE DE TITO LIVIO

BELLORVM OMNIVM ANNORVM DCC

LIBER II

KAPITA LIBRI II.

I. De legibus Gracchanis.
II. Seditio Gracchi.
III. Seditio Apuleiana.
IIII. Seditio Drusiana.
V. Bellum adversus socios.
VI. Bellum servile.
VII. Bellum Sparthacium.
VIII. Bellum civile Marianum.
VIIII. Bellum Sertorianum.
X. Bellum civile sub Lepido.
XI. Bellum Catilinae.
XII. Bellum civile Caesaris et Pompei.
XIII. Bellum Caesaris Augusti.
XIIII. Bellum Mutinense.
XV. Bellum Perusinum. triumviratus.
XVI. Bellum Cassi et Bruti.
XVII. Bellum cum Sexto Pompeio.

1 *inscriptionem et capitum indicem om. C* ‖ 6 Seditio Ti. Gracchi *post* Gracchanis *add. Iahnius* ‖ 7 C. *ante* Gracchi *add. Iahnius* ‖ 12 sparthacum *B*

XVIII. Bellum Parthicum sub Ventidio.
XVIIII. Bellum Parthicum sub Antonio.
XX. Bellum cum Antonio et Cleopatra.
XXI. Bellum Noricum.
XXII. Bellum Illyricum.
XXIII. Bellum Pannonicum.
XXIIII. Bellum Delmaticum.
XXV. Bellum Moesum.
XXVI. Bellum Thracicum.
XXVII. Bellum Dacicum.
XXVIII. Bellum Sarmaticum.
XXVIIII. Bellum Germanicum.
XXX. Bellum Gaetulicum.
XXXI. Bellum Armenicum.
XXXII. Bellum Cantabricum et Asturicum.
XXXIII. Pax Parthorum et consecratio Augusti.

8 mysum *B* ‖ 16 EPYTOMA IULI FLORI · BELLORUM OMNIUM · EX TITO LIUIO · INCIPIT LIBER SECUNDUS’ *subscripsit B*

I. DE LEGIBVS GRACCHANIS.

Seditionum omnium causas tribunicia potestas ex- III,13
citavit, quae specie quidem plebis tuendae, cuius in
auxilium comparata est, re autem dominationem sibi ad-
quirens studium populi ac favorem agrariis frumentariis
iudiciariis legibus aucupabatur. inerat omnibus species
aequitatis. quid tam iustum enim quam recipere plebem 2
sua a patribus, ne populus gentium victor orbisque
possessor extorris aris ac focis ageret? quid tam aequum 3
quam inopem populum vivere ex aerario suo? quid ad 4
ius libertatis aequandae magis efficax quam ut senatu
regente provincias ordinis equestris auctoritas saltem iu-
diciorum regno niteretur? sed haec ipsa in perniciem 5
redibant, et misera res p. in exitium sui merces erat.
nam et a senatu in equitem translata iudiciorum potestas 6
vectigalia id est imperii patrimonium subprimebat, et
emptio frumenti ipsos rei p. nervos exhauriebat, aerarium, 7
et reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium
eversione, qui ipsi pars populi erant et tum relictas sibi
a maioribus sedes aetate quasi iure possidebant?

1 GRAC CKANIS *N* ‖ 3 species *N* | erat *supra* tuendae *N*² ‖ 5 ad fauorem *C* | agariis *L* ‖ 6 ac (*inter scribendum transfixum et expunctum*) iudiciariis *B* | In omnibus erat *in* Inerat omnibus *mutavit L* ‖ 7 plebem ius suum a *C* ‖ 8 ne populus — ageret *del. Salmasius, v. p. 108, 7* ‖ 9 extorri sacris *L* | afocis *B* | aequm (c *supra* qu) *N* ‖ 10 quid satius *B* Quid ius (*om.* ad) *L* ‖ 12 prouincias (r *supra versum m. 1*) *N* | equestres *B* ‖ 13 uteretur *B* ‖ 14 rediebant *C* | inexilium *B* | suum *C* | merces serat (*posteriorem* s *expunxit m. 2*) *N* ‖ 15 et *supra versum L* ‖ 17 exauriebat *B* exhauriebat (h *supra versum m. 1*) *N* ‖ 18 et *om. C* | plebs (b *in* p *mutavit m. 1*) *N* ‖ 19 qui et ipsi? | et tam *B* et tamen *C*: *correxi*, et iam *Iahnius* tamen *ante* ipsi *traicit Freinshemius* | relictas (s *supra versum m. 1*) *N*

II. SEDITIO TIBERI GRACCHI.

III, 14 Primam certaminum facem Ti. Gracchus accendit,
2 genere forma eloquentia facile princeps. set hic sive
Mancinianae deditionis, quia sponsor foederis fuerat, con-
3 tagium timens et inde popularis, sive aequo et bono
ductus, quia depulsam agris suis plebem miseratus est,
ne populus gentium victor orbisque possessor laribus ac
focis suis exularet, quacumque mente rem ausus ingentem
4 postquam rogationis dies aderat, ingenti stipatus agmine
rostra conscendit, nec deerat obvia manu tota inde nobi-
5 litas; et tribuni in partibus. set ubi intercedentem legibus
suis C. Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, ius
potestatis iniecta manu depulit rostris, adeoque praesenti
metu mortis exterruit ut abdicare se magistratu cogeretur.
6 sic triumvir creatus dividendis agris cum ad perpetranda
coepta die comitiorum prorogari sibi vellet imperium,
obvia nobilitas manu eorum, quos agris moverat. caedes
7 a foro coepit; inde cum in Capitolium profugisset plebem-
que ad defensionem salutis suae manu caput tangens
hortaretur, praebuit speciem regnum sibi et diadema
poscentis atque ita duce Scipione Nasica, concitato in
arma populo quasi iure oppressus est.

1 SEDITIO TIB *in rasura* N^1 | GRACCKJ: *N* ‖ 2 pacem *B* | Ti. *add. vg.* | gracchum (chum *supra versum m. 1*) *B* ‖ 3 Sed *L* | siue (s *correcta ex* n) *L* ‖ 4 seditionis *B* | qua *B* | phoederis *B* ‖ 6 . et *ante* ductus *add. L* ‖ 7 ne populus — exularet *delevit Gruterus* | nemo cum gentium *N* | possessor (*tertia* s *supra versum et post eam 3 vel 4 litterae deletae*) *N* | acfocis (c *supra versum m. 1*) *B* ‖ 8 exsolaret *N* ‖ 9 sed *ante* postquam *add. B* est . postquam *Halmius* | ederat *B* | ⟨hinc⟩ ingenti? acmine *B* ‖ 10 indie *L* ‖ 11 Sed *B L* ‖ 12 · C · octauium *B* goctauium (g *exp. m. 2*) *N* G. octauium *L*, Marcum *appellant Appianus b. c. I 12, Plutarchus T. Gr. 10, Livii per. 68, Obsequens 70* | iuris *B* ‖ 13 infecta *N* ‖ 14 abdicare (b *sup. vers.*) *L* ‖ 15 at (t *in* d *mutata*) perperna cepta *B* ‖ 17 nobilium manu eorumque *B* | moverat, cedere foro (*vel* a foro) coegit *Halmius* ‖ 19 adque (d *in* t *mutavit m. 2*) *N* ‖ 21 scipionena sic aconcitato *in* scipione nasica concitato *correxit* B^1

III. SEDITIO C. GRACCHI.

Statim et mortis et legum fratris sui vindex non III,15
minore impetu incaluit C. Gracchus. qui cum pari 2
tumultu atque terrore plebem in avitos agros arcesseret
et recentem Attali hereditatem in alimenta populo polli-
ceretur iamque nimius et impotens altero tribunatu se- 3
cunda plebe volitaret, obrogare auso legibus suis Minucio 4
tribuno, fretus comitum manu fatale familiae suae Capi-
tolium invasit. inde proximorum caede depulsus cum se 5
in Aventinum recepisset, inde quoque obvia senatus manu
ab Opimio consule oppressus est. insultatum quoque 6
mortis reliquis, et illud sacrosanctum caput tribuni plebis
percussoribus auro repensatum.

IIII. SEDITIO APVLEIANA.

Nihilo minus Apuleius Saturninus Gracchanas adserere III,16
leges non destitit. tantum animorum viro Marius dabat,
qui nobilitati semper inimicus, consulatu suo praeterea
confisus**. occiso palam comitis A. Ninnio conpetitore

1 ·G· *codd.* | GRAC CKJ *N* ‖ 2 Statim (i *in* u *mutavit m. 1, sed postea denuo in* i) *B* ‖ 3 minu re *in* minore mutavit B^1 | .G· *BL* | graccus . *L* ‖ 4 tumultus (s *erasa*) *B* | torrore *L* | arcesseret (*prior* r *correcta ex* c) *B* ‖ 5 adtali *B* ‖ 6 potens *BL* potens (o *supra versum m. 1*) *N*: *corr. N. Heinsius* praepotens *Baehrensius* ‖ 7 abrogare: *corr. Vinetus* | auxo *L* ‖ 8 comitium *B* | fatalem (m *expunxit m. 2*) *N* ‖ 9 depulsus (de *supra versum m. 1*) *N* ‖ 12 mortui? | reliquiis (*tertia* i *supra versum m. 2*) *N* reliquiis *BL* ‖ 13 pensatum est *C, at v. Plinius n. h. XXXIII 48* ‖ 15 Nihil hominus *B* | gracchanus *B* | asserere *L* ‖ 16 animorum *om. B* | uiros *L* uiro *del. Iahnius* virium (*om.* animorum) *Halmius* | dabat (*posterior* a *correcta ex* i) *L* ‖ 17 nobilitat* (*supra litteram erasam virgula deleta est, quae* m *significat*) *N* | consulatus *L* | suo] sexto *Freinshemius* ‖ 18 *lacunam indicavit Iahnius, sed fortasse* qui *(vs. 17) delendum* | comitis *L* comitiis *BN* | aninnio *B* annio *N* annio (i *correcta ex* u) *L Appianus bell. civ. I 28 sq.* Νώνιον *eum appellat, Nunium Orosius V 17, 3, Nunnium Valerius Max. IX 7, 3; de viris ill. 73; Livii per. 69*

tribunatus subrogare conatus est in eius locum C. Grac-
chum, hominem sine tribu, sine notore, sine nomine; set
2 subdito titulo in familiam ipse se adoptabat. cum tot
tantisque ludibriis exultaret inpune, rogandis Gracchorum
legibus ita vehementer incubuit ut senatum quoque cogeret
in verba iurare, cum abnuentibus aqua et igni inter-
3 dicturum se minaretur. unus tamen extitit qui mallet
exilium. igitur post Metelli fugam omni nobilitate per-
culsa cum iam tertium annum dominaretur, eo vesaniae
progressus est ut consularia quoque comitia nova caede
4 turbaret. quippe ut satellitem furoris sui Glauciam con-
sulem faceret, C. Memmium conpetitorem interfici iussit
et in eo tumultu regem ex satellitibus suis se appellatum
5 laetus accepit. tum vero iam conspiratione senatus, ipso
quoque iam Mario consule, quia tueri non poterat, adverso
directae in foro acies; pulsus inde Capitolium invasit.
6 sed cum abruptis fistulis obsideretur senatuique per legatos
paenitentiae fidem faceret, ab arce degressus cum ducibus
factionis receptus in curiam est. ibi eum facta inruptione
populus fustibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte
laceravit.

V. SEDITIO DRVSIANA.

III, 17 Postremo Livius Drusus non tribunatus modo viribus, sed ipsius etiam senatus auctoritate totiusque Italiae con-

1 g. gracchum *C* ‖ 2 sine tribus *B* sinetrib · (bu *supra* b *m. 2*) *N* | sine notores *B om. C* | Sed *L* ‖ 3 subito *B* | adobtabat *L* adoptarat *Halmius* ‖ 4 impune *C* ‖ 5 ueementer *B* ‖ 6 annuentibus *B* ‖ 7 se *om. B* ‖ 9 iam cum *N* ‖ 10 consolaria (v *supra posteriorem* o) *B* consulari *L* ‖ 11 suis *N* | clauciam *N* clautiam *L* ‖ 12 facere *B* | publium mummium *B* c. meum mium *N* c. memmium *N*[2] c. menmium *L*, *cf. Livii per. 69, Sallustius Iug. 27, 2* | cōpetorem *B* ‖ 13 exatellitibus *B* se a satellitibus *Halmius* | se *om. BN* | apellatum *B* ‖ 16 derectae *B* | expulsus *C* ‖ 17 abruptis (p *supra versum*) *B* | fistolis (o *in* v *mutavit m. 1*) *B* | senatuque *L* ‖ 18 digressus *B* ‖ 19 factionis (*posterior* i *m. 1 correcta ex* e, s *in rasura m. 1*) *N* ‖ 20 opertum *B* | in *om. B* | mopte (p *in* R *mutavit m. 1*) *B* ‖ 22 DRUSIANA SEDITIO *C*

sensu easdem leges adserere conatus dum aliud captat 2
ex alio, tantum conflavit incendium ut nec primam illius
flammam posset sustinere et subita morte correptus here-
ditarium in posteros suos bellum propagaret. iudiciaria 3
lege Gracchi diviserant populum R. et bicipitem ex una
fecerant civitatem. equites R. tanta potestate subnixi, ut
qui fata fortunasque principum haberent in manu, inter-
ceptis vectigalibus peculabantur suo iure rem p.; senatus
exilio Metelli, damnatione Rutili debilitatus omne decus
maiestatis amiserat. in hoc statu rerum pares opibus 4
animis dignitate — unde et nata Livio Druso aemulatio —
equitem Servilius Caepio, senatum Livius Drusus adserere.
signa aquilae et vexilla deerant: ceterum sic urbe in una 5
quasi in binis castris dissidebatur. prior Caepio in sena-
tum impetu facto reos ambitus Scaurum et Philippum
principes nobilitatis elegit. his ut motibus resisteret 6
Drusus, plebem ad se Gracchanis legibus isdemque socios
ad plebem spe civitatis erexit. exstat vox ipsius nihil
se ad largitionem ulli reliquisse, nisi siquis aut caenum

1 asserere *L* | alium *B* | captat (*posterior* t *supra versum m. 2*) *N* ‖ 2 ne: *corr. Vinetus* | prima illius flamma: *corr. Iahnius* ‖ 3 sustinere (e *in* i *mutata*) *B* sustineri *C* ‖ 4 imposteros *L* | iudicaria *B* ‖ 5 g. *ante* gracchi *add. C* | peropulum romanum *L* | sed *B* ‖ 6 subnisi *L* ‖ 7 facta *L* | principũm (m *deleta*) *N* ‖ 8 speculabantur *L* | suo iure — exilio *om. N in margine* r (*i. e. require*) *N*² | Senatus *L Voss. Monac. Palat.* pilatus *B* ‖ 9 rutilii *C* ‖ 10 regum (*infra* g *punctum erasum est, supra maior rasura*) *N* | opibus (ib *supra versum*) *B* ‖ 11 unde et natalium druso aemulatio accesserat *B* unde et nataliuio druso aemulatio accesserat *N* unde iulius (iulius *deletum*) et nataliuio druso aemulatio accesserat *L*: *corr. Graevius cf. I, 1, 5, 6; II, 31, 40* (una natalium a Druso aemulatio facessierat) *Hauptius* (unde et nata aemulatio) *omisso* accesserat *Mommsenus* (unde et nata Livio Druso aemulatio exarserat) *N. Heinsius* ‖ 12 equitem *Voss. Rehd.* equitatem *B* aequitum *C* | asserere *L* ‖ 13 et *post* signa *add. C* | ad erant *C* ‖ 14 insenatu *B* ‖ 17 eisdem (*om.* que) *C* eosdem *N*¹ idemque *Sauppius* | sociis *B* ‖ 18 traxit *Freinshemius* allexit *Lipsius* pellexit *Baehrensius, at v. p. 122, 20; Curtius VIII 13, 6* | exat *B* extat *L* ‖ 19 largitionem (t *supra versum*) *L* | si *ante* quis *om. N* | aut (a *supra versum*) *B*

7 dividere vellet aut caelum. aderat promulgandi dies, cum
subito tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium
8 adventu obsessa civitas videretur. ausus tamen obrogare
legibus consul Philippus, sed adprehensum faucibus viator
non ante dimisit quam sanguis in os et oculos redundaret.
9 sic per vim latae iussaeque leges. et pretium rogationis
statim socii flagitare, cum inparem Drusum aegrumque
rerum temere motarum matura ut in tali discrimine
mors abstulit. nec ideo minus socii promissa Drusi a
populo Romano reposcere armis desierunt.

VI. BELLVM ADVERSVM SOCIOS.

III, 18 Sociale bellum vocetur licet, ut extenuemus invidiam,
si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit. quippe
cum populus R. Etruscos Latinos Sabinosque sibi miscu-
erit et unum ex omnibus sanguinem ducat, corpus fecit
2 ex membris et ex omnibus unus est; nec minore flagitio
socii intra Italiam quam intra urbem cives rebellabant.
3 itaque cum ius civitatis, quam viribus auxerant, socii
iustissime postularent, quam in spem eos cupidine domi-
4 nationis Drusus erexerat, postquam ille domestico scelere
oppressus est, eadem fax, quae illum cremavit, socios in
5 arma et in expugnationem urbis accendit. quid hac clade

1 promulgandi (gan *sup. vers.*) *L* ‖ 3 tamen om͞s rogare *B* ‖ 4 legibus *B* de legibus *C* | consul (l *corr. ex* s) *L* | adpraeensum *B* aprehensum *L* ‖ 5 diuisit *B* | inoreoculos (*correx. m. 1*) *N* inara etoculos *L* ‖ 6 lata eius aeque *N* | leges (*posterior* e *correcta ex* i) *B* | sed *C* | rogationes *B* ‖ 7 sociis *C* | flagitatere (te *deletum*) *N* flagitavere *vg.* | interim *C* interim imparem *vg.* 8 matura (*prior* a *m. 1 correcta ex* e, *ut videtur*) *B* natura *L* ‖ 9 minus *del. Perizonius* magis *Dukerus* ‖ 10 destiterunt *Mommsenus del. Perizonius* ‖ 11 BELLUM QUOD ADUERSUS SOCIOS GES TUM · (GESSVM *L*) EST *C haec cum primis capitis verbis coniunxit Halmius, at v. p. 103, 20* ‖ 13 illut *N* | bellum *del. Dukerus* ‖ 14 sibi *om. C* ‖ 16 é. menbris *L* ‖ 18 cum tusci ciuitatis (ciuitates *L*) quas *C* ‖ 19 ad quam spem (*om.* in) *C* | hos (h *supra versum m. 1*) *N* | dominationes (i *supra* e *m. 1*) *B* 20 erexerant *B* ‖ 21 opressus *B* ‖ 22 in *post* et *om. B* | hec (a *supra* e *m. 2*) *N*

tristius? quid calamitosius? cum omne Latium atque
Picenum, Etruria omnis atque Campania, postremo Italia
contra matrem suam ac parentem urbem consurgerent;
cum omne robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum 6
sub suis quisque signis haberent municipalia illa prodigia,
Poppaedius Marsos et ⟨Paelignos⟩, Latinos Afranius, Vmbros
Plotius, Egnatius Etruscos, Samnium Lucaniamque Tele-
sinus; cum regum et gentium arbiter populus ipsum se 7
regere non posset, et victrix Asiae et Europae a Corfinio
Roma adpeteretur.

Primum fuit belli consilium, ut in Albano monte festo 8
die Latinarum Iulius Caesar et Marcius Philippus consules
inter sacra et aras immolarentur. postquam id nefas 9
proditione discussum est, Asculo furor omnis erupit, in
ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis qui tunc ad-
erant ab urbe legatis. hoc fuit impii belli sacramentum.
inde iam passim ab omni parte Italiae duce et auctore 10
belli discursante Poppaedio diversa per populos et urbes
signa cecinere. nec Hannibalis nec Pyrrhi fuit tanta va- 11

2 italiam (m *erasa*) *N* ‖ 3 ac parentem suam *C* | ac (c *sup. vers.*) *B* | consurgeret *B* ‖ 4 robur (o *corr. ex* u) *B* | fortissimorum (*posterior* i *corr. ex* o) *L* ‖ 5 municipalia (*ultima* i *corr. ex* e) *B* ‖ 6 poppedius *BL* poppedios *N*, *v. Livii per.* 76 *et C. I. L. X 220, 417; Oros.* V 18, 25 Popaedium, *Plutarch. Cat. min. 2, Appian. b. c. I 40 alii eum Πομπαίδιον appellant* | Paelignos *add. Kellerbauerus Philol. XXI [1864] p. 163* Picentes *Bergkius Inschr. röm. Schleudergesch. p. 60* | afrienos *B* affranius (u *in* o *mut. m. 1*) *N* † et Latinos Afrienus *Halmius, at v. O. Kellerus mus. Rhen. XXXII [1877] p. 487 et Mendelssohnus ad Appianum bell. civ.* I 40 | umbros totos *B* umbros totus . *C*: *corr. Tollius Fortuitorum cap.* 22, *cf. Livii per.* 74 ‖ 7 senatos (v *supra* o) et consules *B* senatus et consules *C*: *corr. Lipsius, cf. Appianus l. c.* | sannium *L* ‖ etelesinus *B* tele sinus (*posterior* e *m. 1 in rasura*) *N* 8 rerum *B* regnum *L* ‖ 9 ut *C* | uic turix (*posteriorem* u *expunxit m. 1*) *N* | asiæeuropæque *C* | aconfinio *B* ‖ 10 roma *om. B* | pete-retur *C* ‖ 11 Primo *B* | in albano monte consilium ut: *transposui* 12 consules (su *m. 1 in rasura trium litterarum*) *B* ‖ 14 aesculo *C* | eripuit *B* ‖ 15 tum *C* ‖ 16 fuit inbellis sacramentum *B* ‖ 17 passim (i *radendo correcta ex* u) *B* ‖ 18 pompeio *B* poppedio *C* ‖ 19 annibalis *B* | pyrri *B* pirrhi *L*

statio. ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Faesulae,
ecce Carseoli Aesernia, Nuceria Picentia caedibus ferro et
12 igne vastantur. fusae Rutili copiae, fusae Caepionis. nam
ipse Iulius Caesar exercitu amisso cum in urbem cruentus
referretur miserabili funere, media urbe per viam defecit.
13 sed magna populi R. fortuna et semper in malis maior
totis denuo viribus consurrexit; adgressique singulos po-
pulos Cato discutit Etruscos, Gabinius Marsos, Carbo
14 Lucanos, Sylla Samnites, Strabo vero Pompeius omnia
flammis ferroque populatus non prius finem caedium fecit,
quam Asćuli eversione manibus tot exercituum consulum
direptarumque urbium dis litaretur utcumque.

VII. BELLVM SERVILE.

III, 19 Etsi cum sociis — nefas — cum liberis tamen et
ingenuis dimicatum est: quis aequo animo ferat in prin-
2 cipe gentium populo bella servorum? primum servile

1 Ocriculum. Ecce grumentum. Ecce fesule. *hic omissa post* cecinere *p. 123, 19 posuit L* | crumentum *B* | pessulae *B* ‖ 2 et carseoli *B* eccep arseoli (h *inter* p *et* a *sup. vers. m. 2*) *N* | reserat anuceria *B* res erat nuceria *N* Reserata nuceria *L*: *corr. Iahnius* (*v. Appianus bell. civ. I 41*) Reate Nuceria *Salmasius* | et *ante* picentia *add. C* | picenti moenibus *B* Picentia penitus *Hauptius* ⟨omniaque inde a⟩ Picentium finibus *Bergkius* Ecus Tuticus? ‖ 3 rutilae *B* frutili *N* | copionis *B* ‖ 4 iulius ipse *L* | illius caesar (*posterior* s *correcta ex* r) *B* Rutilius cos. *Freinshemius* | ammisso (*prior* m *transfixa*) cur *B* ‖ 5 eferretur *N* | mediam urbem per uiam fecit: *correxi* (defecit *Titzius*) media in urbe per uiam defecit *Halmius* media in urbe populum Romanum luctu affecit *F. E. Koehlerus* mediam (dimidiam *E. Schwartzius ind. lect. Rostoch. 1889 p. 2*) urbem praeficam fecit *Sauppius* ‖ 7 desuo *C* | insurrexit *C fortasse recte* | Aggressique *L* | singuli *C* ‖ 8 ettruscos *B* tetruscos (*priorem* t *expunxit m. 2*) *N* | gauinius *N* grauinius *L* ‖ 9 silla *L* | pompeius uero (*om.* strabo) *B* ‖ 10 fecit *om. N* ‖ 11 quam hac euersione *B* quam asculi (ęsculi *L*) euersione *C* ‖ 12 diis *BL* | Vtcumque *initio proximi capitis C* Jd qualitercumque *ibidem B*: *huc transposuit Lipsius, cf. p. 136, 6* Hucusque *Iahnius* ‖ 14 et sicõ *L* | cum *post* nefas. *om. B* | libertis *B* ‖ 16 gentium *om. B, at v. p. 138, 21*

bellum inter initia urbis Herdonio duce Sabino in ipsa
urbe temptatum est, cum occupata tribuniciis seditionibus
civitate Capitolium obsessum est et a consule receptum;
sed hic tumultus magis fuit quam bellum. mox imperio
per diversa terrarum occupato quis crederet Siciliam
multo cruentius servili quam Punico bello esse vastatam?
terra frugum ferax et quodam modo suburbana provincia 3
latifundîs civium Romanorum tenebatur. hic ad cultum
agri frequentia ergastula catenatique cultores materiam
bello praebuere. Syrus quidam nomine Eunus — magni- 4
tudo cladium facit ut meminerimus — fanatico furore
simulato dum Syriae deae comas iactat, ad libertatem et
arma servos quasi numinum imperio concitavit: idque ut 5
divinitus fieri probaret in ore abdita nuce, quam sulpure
et igni stipaverat, leniter inspirans flammam inter verba
fundebat. hoc miraculum primo duo milia ex obviis, 6
mox iure belli refractis ergastulis sexaginta amplius
milium fecit exercitum; regîsque, ne quid malis deesset,
decoratus insignibus castella vicos oppida miserabili direp-
tione vastavit. quin illud quoque ultimum dedecus 7
belli, capta sunt castra praetorum — nec nominare ipsos

1 in italia urbis *B* inter initia libertatis *Iahnius* | duce sa | sabino (*prius* sa *erasum*) *N* duce | sabino *L* ‖ 2 urbe (r *supra versum*) *L* ‖ 3 captum *C* ‖ 7 terram *B* | frugum (um *correctum ex* o) *B* | suburbana (*posterior* u *m. 1 correcta ex* o) *N* ‖ 8 lati fundis *B* latefundis *C* | latinorum *ante* tenebatur *add. N* | ad (d *correcta m. 1 ex* t) *B* ‖ 10 praebuere (re *add. m. 1*) *B* | Sirus *BL* | conus *B* ‖ 11 gladium *BN* claudium *L* | et *B* ‖ 12 siriæ *C* | iactant *B* j iactat (j *expunxit m. 1*) *N* ‖ 13 seruos (*prior* s *correcta ex* f) *B* ‖ 14 ad diuinitus *B* | ore adquam (dita nuce *om.*) *B* | sulphure *B* sulphure (h *supra versum m. 2*) *N* sulfure *L* ‖ 15 stipauerant *B* | leuiter: *corr. vg.* | inspirans (*posterior* n *macula tecta*) *N* | flaminam *L* ‖ 16 exobulis *C om. B: corr. Rehd.* ‖ 17 amplius *om. L* ‖ 18 regisque *B* regiisque *C* | nec *B* | quid (d *correcta m. 1 ex* t) *N* | mali *B, at v. Freudenbergius mus. Rhen. XXII [1867] p.* 28 ‖ 19 opida *L* | directione *L* ‖ 20 quid *B* | illut (t *in* d *mutavit m. 1*) *N* | in *ante* ultimum *add. C* | belli dedecus *C* | decus *B*

pudebit — castra Manli Lentuli, Pisonis Hypsaei. itaque qui
per fugitivarios abstrahi debuissent praetorios duces profugos
proelio ipsi sequebantur. tandem Perperna imperatore
8 supplicium de eis sumptum est. hic enim victos et aput
Hennam novissime obsessos cum fame quasi pestilentia
consumpsisset, reliquias latronum compedibus catenis
crucibusque punivit; fuitque de servis ovatione contentus,
ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret.
9 Vixdum respiraverat insula, cum statim Servilio prae-
tore a Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor interfecto
domino familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat.
10 ipse veste purpurea argenteoque baculo et regium in
morem fronte redimita non minorem quam ille fanaticus
prior conflavit exercitum, acriusque multo, quasi et illum
vindicaret, vicos oppida castella diripiens in servos infestius
11 quam in dominos quasi in transfugas saeviebat. ab hoc
quoque praetorii exercitus fusi, capta Servili castra, capta
Luculli. sed Titus Aquilius Perpernae usus exemplo
interclusum hostem commeatibus ad extrema conpulit
comminutasque copias fame armis facile delevit. dedi-
dissent se, nisi suppliciorum metu voluntariam mortem

1 manlii *B* manili *N* manilii *L* | pisconis (c *expunxit m. 1*) *N* pisonis (o *correcta ex* i) *L* | hypsei *C* ipse *B* ‖ 2 per (r *supra versum m. 1*) *N* | fugituario *B* | abstrai *B* distrahi *N* distrai *L* ‖ 3 ipsi seque batur *B* | perperna (n *supra posteriorem* r *m. 2*) *N* | imperatores *B* ‖ 4 his *B* | uicos *B* | apud *L* ‖ 5 bennam *B* ‖ 6 consumpsissent *B* | cum pedibus *L* | religauit *post* catenis *add. C* ‖ 7 oratione *B* ‖ 8 dignitate (*lineolam supra* e, *quae* m *significat, add. m. 2*) *N* ‖ 9 Vixdum (i *radendo correcta ex* u) *L* | seruile et asyro *B* serui. et a syro *C*: *corr. Mommsenus* | 12 purporea *B* | in *supra versum L* ‖ 13 more *B* ‖ 14 conflat *C* | multo (o *correcta ex* um) *L* ‖ 16 in dominos quam in servos infestius (quam *om. C*): *transposui* in d., quamquam in servos inf. *Iahnius, an* in dominos mitior, in servos infestius? | ab hocque *N* ‖ 17 praetoris *C* | caesi *C* | seruilii (*ultima* i *supra versum m. 2*) *N* seruilii *L* ‖ 18 luculi *L* | titus *om. C, immo* Manius | perperna eusus (eius *m. 2 supra* eusus) *N* ‖ 19 comeatibus *B* 20 comminutas sue *B* communitasque *C* | armis fame *C* | Dedis sentque se *B* Dedissent se *L* ‖ 21 metui *L* | ac *ante* uoluntariam *add. N*

praetulissent. ac ne de duce quidem supplicium exigi 12
potuit, quamvis vivus in manus venerit. quippe dum
circa adprehendendum eum a multitudine contenditur,
inter rixantium manus praeda lacerata est.

VIII. BELLVM SPARTACIVM.

Enimvero et servilium armorum dedecus feras, nam III,20
etsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum
hominum genus sunt et in bona libertatis nostrae adoptantur; bellum Spartaco duce concitatum quo nomine
appellem nescio. quippe cum servi militaverint, gladia- 2
tores imperaverint, illi infimae sortis homines, hi pessumae auxere ludibriis calamitatem Romanam.
Spartacus Crixus Oenomaus effracto Lentuli ludo cum 3
triginta aut amplius eiusdem fortunae viris erupere Capua; servisque ad vexillum vocatis cum statim decem amplius milia coissent, homines modo effugisse contenti iam et
vindicari volebant. prima sedes velut rabidis beluis mons 4
Vesuvius placuit. ibi cum obsiderentur a Clodio Glabro, per fauces cavi montis vitineis delapsi vinculis ad imas

2 uiuus *ante* in *om.* *C* | manibus *B* || 3 addeprehendendum *C* | multitudo contendit (*om.* a) *C* || 5 SPARTACUM: *corr. vg.* || 6 et *om.* *C* | nam et ipsi per *C* || 7 fortunam (n *m. 1 in rasura*) *N* | obnoxii (*prior* o *m. 1 correcta ex* a) *B* || 8 adobtantur *L* | 10 apellem *B* | seruiliberi (beri *in margine m. 1*) *B* || 11 impetrauerint (*priorem* t *expunxit m. 2*) *N* | imfime *L* | pessimam *C* || 12 ludibrio *C* | Romanam *om.* *C* || 13 spartagus frixus *B* | efracto *L* || 14 haut *Gruterus, sed Florus ad Senecae exemplum* haut *rarissime ponit; v. p. 96, 24* | erupere (*virgulam quae* m *significat litterae* u *imposuit m. 1*) *B* | capuam *B, at v. Sauppius p. 9* || 15 adauxilium *B* ad uexillum ad auxilium *N* ad uexillum et auxilium *L* ad vexillum in auxilium *Beckius* | uocantis (n *expunxit m. 2*) *N* | statim (m *correcta ex* s) *B* || 16 milia amplius *BL* | non *ante* modo *add.* *C* | quin *ante* iam *add.* N^{2} | et *om.* *C* || 17 prima (a *ex* i *correcta m. 1*) *B* | sedes *om.* *C* | uelut bellus mons *B* uelut arauiris mons *C*: *correxi* (beluis *Seebodius*) velut ara servis mons *Sauppius* || 18 uaesuuius *B* uesubius *C* | glarione *B* || 19 per — uitineis *om.* *B* | uicineis *L* | dilapsi *BL* | ungulis *B* cingulis *Halmius*

eius descendere radices et exitu inviso nihil tale opinantis
5 ducis subito impetu castra rapuerunt, inde Vareniana,
deinceps Thorani; totamque pervagantur Campaniam, nec
villarum atque vicorum vastatione contenti Nolam atque
Nuceriam, Thurios atque Metapontum terribili strage po-
6 pulantur. adfluentibus in diem copiis cum iam esset
iustus exercitus, e viminibus pecudumque tegumentis in-
conditos sibi clipeos et ferro ergastulorum recocto gladios
7 ac tela fecerunt. ac ne quod decus iusto deesset exer-
citui, domitis obviis etiam gregibus paratur equitatus,
captaque de praetoribus insignia et fasces ad ducem
8 detulere. nec abnuit ille de stipendiario Thrace miles,
de milite desertor, inde latro, deinde in honorem virium
9 gladiator. qui defunctorum quoque proelio ducum funera
imperatoriis celebravit exequiis captivosque circa rogum
iussit armis depugnare, quasi plane expiaturus omne prae-
teritum dedecus, si de gladiatore munerarius fuisset.
10 inde iam consulares quoque adgressus in Appennino
Lentuli exercitum percecidit, apud Mutinam Gai Cassi
11 castra delevit. quibus elatus victoriis de invadenda urbe

1 in|diuiso *B* inuno *C*: *corr. Pighius Herculis Prodicii p. 469* invio *vg.* invento *Freudenbergius* inde viso *Binsfeldus mus. Rhen. XXII (1867) p. 310* | opinantes *B* ‖ 2 Jnde alia castra uareniana · castra deinceps *B* inde alia castra deinceps *C*: *corr. Sauppius* inde alia via Vareniana *Freudenbergius* ‖ 3 horani *N* ‖ 4 adque *N* | uastationum *L* | nolan *B* ‖ 5 thauros *B* turios *C* | meta pomtum *L* ‖ 6 Affluentibus *L* | essent (n *erasit m. 1*) *B* ‖ 8 clypeos *N* | effero *L* ex ferro *Halmius* | recoc**to (to *in rasura m. 1*) *N* | gladios (l *supra versum*) *L* ‖ 9 dedecus *B* | 10 ouiis *L* | etiam *om. C* | gregiʙus (ʙ *correcta ex* l) *L* | parantur *B* ‖ 11 captique *L* | insignia (*ultima* i *supra versum m. 1*) *N* ‖ 12 abnuit (b *correcta ex* n) *B* | trhace · *L* 13 inde latro *C* delatro *B* de desertore latro *Mommsenus* | honore: *corr. Rehd.* ‖ 14 quia *B* qui *C* quin *Freinshemius* ‖ 15 imperatorum *B* | exsequiis *B* ‖ 16 depugnaret (et *in* e *mutavit m. 1*) *B* ‖ 17 munerator *C* | tum *ante* fuisset *add. B* bustum fecisset *Iahnius* ‖ 18 iam *om. L* | consulares *C* | aggressus *L* | inappeni|no *B* ‖ 19 caecidit *B* | aput *B* | mutinam (ti *supra versum m. 1*) *N* | publi Cassi *B, at v. Liv. per. 96, Oros. V 24, 4*

Romana — quod satis est turpitudini nostrae — deli-
beravit. tandem enim totis imperii viribus contra myr- 12
millonem consurgunt, pudoremque Romanum Licinius
Crassus adseruit; a quo pulsi fugatique — pudet dicere
— hostes in extrema Italiae refugerunt. ibi circa Bruttium 13
angulum clusi cum fugam in Siciliam pararent neque
navigia suppeterent ratesque ex trabibus et dolia conexa
virgultis rapidissimo freto frustra experirentur, tandem
eruptione facta dignam viris obiere mortem et, quod sub 14
gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est.
Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicans quasi
imperator occisus est.

VIIII. BELLVM CIVILE MARIANVM.

Hoc deerat unum populi Romani malis, ut iam ipse III,21
intra se parricidale bellum domi stringeret, et in urbe
media ac foro quasi harena cives cum civibus suis gladia-
torio more concurrerent. aequiore animo utcumque 2
ferrem, si plebei duces aut, si nobiles, mali saltem du-
catum sceleri praebuissent. tum vero — pro facinus —
qui viri! qui imperatores! decora et ornamenta saeculi
sui, Marius et Sylla, pessimo facinori suam etiam digni-
tatem praebuerunt.

Bellum civile Marianum sive Syllanum tribus, ut sic 3
dixerim, sideribus agitatum est. primum levi et modico

1 Roma *Iahnius* | satis esset *Freudenbergius* | turpitudinis (s *erasa*) *B* ‖ 2 tandem etiam *C* ‖ 3 consurgitur *C nescio an recte* ‖ 4 grassus *B* | asseruit *L* ‖ 5 brittium *C* ‖ 6 fusi *B* ‖ 7 cratibus *C* | dolea *C* ‖ 8 uirgultis (*prior* i *m. 1 supra versum*) *N* | in *ante* rapidissimo *add. C* | experiretur *B* ‖ 9 digna *B* | morte *B* ‖ 11 Spartagus *B* | acmine *B* ‖ 12 occisus (i *correcta ex* en) *L* ‖ 13 SIVESILLANVM · *post* MARIANVM *add. L* ‖ 14 iam ut *C* ‖ 15 telum *Freinshemius* ‖ 16 arena *BN* ‖ 18 *post prius* si *rasura 1 vel 2 litterarum vel maculae N* | nobiles (n *correcta radendo ex* m) *B* | malis *C* ‖ 19 cum* *N* Cum *L* | facinus (ci *supra versum*) *L* ‖ 20 iuri *L* ‖ 21 silla *L* ‖ 23 Bellum — sillanum ·,· *litteris maiusculis N om. L Palat.* | sillanum *BN* | sic (c *supra versum m. 1*) *B* ‖ 24 a**gitatum *N* | primo *C* | et leui modico *C*

tumultu maiore quam bello, intra ipsos dumtaxat armorum
4 duces subsistente saevitia; mox atrocius et cruentius per
5 ipsius viscera senatus grassante victoria; ultimo non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est, cum armorum furor totius Italiae viribus niteretur, eo usque odiis saevientibus, donec deessent qui occiderentur.

6 Initium et causa belli inexplebilis honorum Marii fames, dum decretam Syllae provinciam Sulpicia lege sollicitat. sed inpatiens iniuriae statim Sylla legiones circumegit dilatoque Mithridate Esquilina Collinaque porta
7 geminum urbi agmen infudit. inde cum consules Sulpicius et Albinovanus obiecissent catervas suas, et saxa undique a moenibus ac tela iacerentur, ipse quoque iaculatus incendia viam fecit arcemque Capitolii, quae Poenos quoque, Gallos etiam Senonas evaserat, quasi captivam
8 victor insedit. tum ex consulto senatus adversariis hostibus iudicatis in praesentem tribunum aliosque diversae factionis iure saevitum est; Marium servilis fuga exemit, immo fortuna alteri bello reservavit.

9 Cornelio Cinna Gnaeo Octavio consulibus male obrutum resurrexit incendium, et quidem ab ipsorum discordia, cum de revocandis quos senatus hostes iudicaverat ad

1 ipsos (*posterior* s *sup. vers. m. 2*) *N* | dumtaxat *om. C* || 2 cruentus *L* | per totius *C* || 3 ultimum *C* | ciuicam (*posterior* c *corr. ex* t) *B* ciuica *N* || 4 supergressus *L* | est *delet Iahnius* || 5 armorum (*posterior* r *correcta ex* t) *B* | niterentur *B* || 6 peractum est *post* saeuientibus *add. B* || 8 decretam (a *correcta ex* u) *B* || 9 iniuria. *L* | silla *L* || 10 mithridates quilla *B* mithridate sylla *B*[1] mithridate escylia (y *correcta m. 1 ex* i) *N* mithridate ÷ escilia *L*: *corr. Rehd.* || 11 agmen urbi infundit *N* urbi agmen infundit *N*[1] infudit urbi agmen *L* | unde *C* | consules (u *correcta ex* o) *B* consulto *C* || 12 suas *B* sudeas *N* sudesque *L* || 13 iaculatus (*prior* a *ex* u *corr. m. 1*) *B* iacolatus *N* || 14 incendio: *corr. Hauptius* | Poenos, quae Gallos *Iahnius* Poenos quoque, quae Gallos *Halmius* Poenos quaeque Gallos *Palatinus* || 16 Tum *L Voss. Palat.* tunc *Rehd.* cum *BN* | abuersariis *B* || 17 iudicatis *om. B* || 18 Marum *L* | eximit *N* || 19 reseruabit (b *in* v *mutavit m. 2*) *N* || 21 discordia (a *in rasura*) *L* || 22 quam *B an* quom?

populum referretur; cincta quidem gladiis contione, sed 10
vincentibus quibus pax et quies potior, profugus patria
sua Cinna confugit ad partes. redit ab Africa Marius
clade maior; si quidem carcer catenae, fuga exilium horri-
ficaverant dignitatem. itaque ad nomen tanti viri late 11
concurritur, servitia — pro nefas — et ergastula armantur,
et facile invenit exercitum miser imperator. itaque vi 12
patriam reposcens, unde vi fuerat expulsus, poterat videri
iure agere, nisi causam suam saevitia corrumperet. sed
cum dis hominibusque infestus rediret, statim primo im-
petu cliens et alumna urbis Ostia nefanda strage diripitur.
mox in urbem quadruplici agmine intratur. divisere 13
copias Cinna Marius, Carbo Sertorius. hic postquam
manus omnis Octavi depulsa Ianiculo est, statim ad prin-
cipum caedem signo dato aliquanto saevius quam vel in
Punica urbe saevitur. Octavi consulis caput pro rostris 14
exponitur, Antoni consularis in Mari ipsius mensis. Caesar
et Fimbria in penatibus domorum suarum trucidantur,
Crassi pater et filius in mutuo alter alterius aspectu.
Baebium atque Numitorium per medium forum unci traxere
carnificum. Catulus se ignis haustu ludibrio hostium 15
exemit. Merula flamen Dialis in Capitolio Iovis ipsius 16
oculos venarum cruore respersit. Ancharius ipso vidente
Mario confossus est, quia fatalem illam scilicet manum
non porrexerat salutanti. haec tot senatus funera intra 17

1 referretur (*secunda* r *supra versum*) *B* | contentione *B* || 2 patior (a *in* o *mutavit m. 1*) B || 3 rediit *B* redit *C* || 5 Itaque (a *correcta ex* e) *L* || 7 miser *om.* *B* || 10 diis *BL* | rediret (i *correcta ex* e) *L* || 11 urbis|urbs hostia *B* || 12 quadriplici (v *sup. primam* i *m. 1*) *N* quadriplici *L* | agmine (e *corr. ex* i) *B* || 13 hinc? || 14 octauii N^2L | principium *BL* || 15 ut *B* aut (a *in ras. L*) *C*: *corr. Iahnius* || 16 aut in cimbrica (cinbrica *L*) *ante* urbe *add. C* | orbe *B* | Octauii *L* | capud *L* || 17 antonii*B* | marii N^2L | scilicet exponuntur *post* mensis *supra versum* N^2 | caesare fimbria *B* caesar et fimbria *C Augustinus c. d. III 27* Caesares a Fimbria *Graevius* (Caesares *A. Schottus observat. hist. III 34*) || 18 penetralibus *Graevius* | domus (s *supra versum*) *B* domuum *Iahnius* || 19 innutuo *B* || 20 baebium (*prior* b *correcta ex* u *m. 1*) *N* | numitorum (e *supra posteriorem* u *m. 2*) *N* munitorium *L*

kalendas et idus Ianuarii mensis septima illa Marii purpura
dedit. quid futurum fuit, si annum consulatus implesset?
18 Scipione Norbanoque consulibus tertius ille turbo civilis
insaniae toto furore detonuit; quippe cum hinc octo legi-
ones quingentae cohortes starent in armis, inde ab Asia
19 cum victore exercitu Sylla properaret. et sane cum tam
ferox in Syllanos Marius fuisset, quanta saevitia opus erat
ut Sylla de Mario vindicaretur? primo aput Capuam sub
amne Vulturno signa concurrunt, et statim Norbani fusus
exercitus, statim omnes Scipionis copiae ostentata spe
20 pacis obpressae. tum Marius iuvenis et Carbo consules
quasi desperata victoria ne inulti perirent, in anticessum
sanguine senatus sibi parentabant, obsessaque curia sic
de senatu quasi de carcere qui iugularentur educti.
21 quantum funerum in foro, in circo, in penitis templis?
nam Mucius Scaevola pontifex Vestalis amplexus aras
22 tantum non eodem igne sepelitur. Lamponius atque
Telesinus, Samnitum duces, atrocius Pyrrho et Hannibale
Campaniam Etruriamque populantur et sub specie partium

1 calendas (k *sup.* c *m. 1*) *N* calendas *L* | septimam *L* ‖ 2 consularis *C* ‖ 3 norba∗no (*erasa* b?) quinto cons. *N* norbano quinto consule ÷ *L* ‖ 4 hinc (n *sup. vers.*) *L* ‖ 5 inde *post* legiones *add. B C, del. Iahnius, in* atque *mutavit Freinshemius, in* et *Graevius* | undequinquaginta *Halmius* πεντήκοντα καὶ τετρακοσίας σπείρας *omisso legionum numero Plutarchus Sulla 27* | ∗∗starent *N* ‖ 6 silla *L* ‖ 7 ferus *C* | insillanos *B L* insullanos (*prior* l *supra versum m. 1*) *N* | marios (o *in* v *mutavit m. 1*) *N* ‖ 8 sulla *N* silla *L* | primum *C* | aput (t *in* d *mutata*) *B* apud *L* ‖ 9 amne (a *m. 1 in rasura*) *N* ‖ 10 omnis *B del. Halmius* | hostentata *B* ‖ 11 oppraessae *B* oppresse *L* ‖ 12 nemulti *L* | *post* perirent *verba p. 69, 1—81, 13 omissa ponit C* | anticessum *N* anticensum *L* | 13 sanguinem *C* ‖ 15 quantum id *B* quid *C*: *corr. Iahnius* quantum fuit *Halmius* quantum inde *Opitzius* | idcirco *B* | penitentibus *B* patentibus *C*: *correxi* penetralibus *Iahnius* ‖ 16 cum *post* nam *add. C* | uestales *C* ‖ 17 sepellitur (*priorem* l *exp. m. 1*) *B* sepelitur (*posterior* e *corr. ex* l) *L* | lucius amponius *B* Iam ponius *L, cf. Appianus bell. civ. I 40; 41; 90; 93; Plutarchus Sulla 29, alios* ‖ 18 pyrrho (h *supra verum m. 1*) *N* pyrro *L* | anniballe (*posterior* l *erasa*) *B* ‖ 19 eturiamque *B* | speciē (*virgula erasa*) parium parium se uindicando *B*

se vindicant. apud Sacriportum Collinamque portam 23
debellatae omnes hostium copiae; ibi Marius, hic Tele-
sinus oppressi. nec idem tamen caedium qui bello finis
fuit. stricti enim et in pace gladii, animadversumque in
eos qui sponte se dediderant. minus est quod aput 24
Sacriportum, aput Collinam septuaginta amplius milia
Sylla concidit: bellum erat. quattuor milia deditorum
inermium civium in villa publica interfici iussit: isti tot 25
in pace non plures sunt? quis autem illos potest con-
putare, quos in urbe passim quisquis voluit occidit?
donec admonente Fufidio vivere aliquos debere, ut essent
quibus imperarent, proposita est ingens illa tabula, et ex
ipso equestris ordinis flore ac senatu duo milia electi
qui mori iuberentur: novi generis edictum. piget post 26
haec referre ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani,
Plaetorios atque Venuleios, Baebium sine ferro ritu fer-
arum inter manus lancinatum, Marium, ducis ipsius
fratrem, aput Catuli sepulcrum oculis effossis, manibus
cruribusque effractis servatum aliquandiu, ut per singula
membra moreretur. possis singulorum hominum ferre 27

1 uindicant necapud *N* ‖ 2 copiae (a *m. 1 correcta ex* o) *B* | telesinus (n *supra versum*) *B* ‖ 3 ne *B* | belli *vg.* caedi qui bello *Salmasius, at v. p. 134, 13; 135, 8* ‖ 4 et *om. B* | animaduersumque (d *supra versum*) *L* ‖ 5 se sponte dediderant *C* sponte me dediderant *B cf. 21, 11* | aput (t *in* d *mutavit m. 1*) *N* apud *L* ‖ 6 sacripertum *L* | apud *N* | milia amplius *B* ‖ 7 sulla *N* silla *L* | quatuor *L* | milium *B* ‖ 9 cõputare *BL* ‖ 11 forfidio *B* furfidio *C*: *corr. Dukerus* | aliquo *B* ‖ 12 imperaret *B*, *at v. Orosius V 21, 2 alii* ‖ 13 sequestri (*priorem* s *expunxit m. 2*) *N* equestri (u *supra versum*) *L* | ac — electi *om. B* ‖ 14 piget *C* longum *B* ‖ 15 ferre *B* | habita (h *supra versum m. 2 et supra* b *deleta* d *manus 2*) *N* | facta carbonis facta *B* ‖ 16 plaetorius *B* praetorios *C* P. Laetorius *Orosius V 21, 8, at v. Valerius Maximus IX 2, 1* | uenuleius *B* ‖ 17 laniatum *B* laniantium manus diripuerunt *Augustin. c. d. III 27* lancinatum (*supra versum* et t *et duas fere litteras posuit m. 2, sed statim delevit*) *N* ‖ 18 apud *C* | sepulchrum *N* sepulchirum (i *expuncta*) *L* | effossis *om. C* ‖ 19 defossis · seruatum *C an* fractis (*vel* diffissis) seruatum? *v. Iustinus XXI 4, 7* | aliquãdiu et *N* ‖ 20 positis *C* | fere poenis *N* ferre pęnis ÷ *L*

poenas, municipia Italiae splendidissima sub hasta venie-
28 runt: Spoletium Interamnium, Praeneste Florentia. nam Sulmonem, vetus oppidum socium atque amicum, — facinus indignum — non expugnat aut obsidet iure belli; sed quo modo morte damnati duci iubentur, sic damnatám civitatem iussit Sylla deleri.

X. BELLVM SERTORIANVM.

III, 22 Bellum Sertorianum quid amplius quam Syllanae proscriptionis hereditas fuit? hostile potius an civile dixerim nescio; quippe quod Lusitani Celtiberique Romano gesserint
2 duce. exul et profugus feralis illius tabulae, vir summae quidem sed calamitosae virtutis, malis suis maria terrasque permiscuit; et iam Africae, iam Balearibus insulis fortunam expertus usque in Oceanum Fortunatasque insulas pene-
3 travit consiliis, tandem Hispaniam armavit. viro cum viris facile convenit. nec alias magis apparuit Hispani militis
4 vigor quam Romano duce. quamquam ille non contentus Hispania ad Mithridaten quoque Ponticosque respexit
5 regemque classe iuvit. et quid futurum fuit satis tanto hosti, cui uno imperatore resistere res Romana non
6 potuit? additus Metello Gnaeus Pompeius. hi copias ad-

1 asta *BN* | uenerunt *L* ‖ 2 interannium *C* | florentiam *B* | nam *erasum B* ‖ 3 sulmone *C* ‖ 4 nondum *C* | expugnata ut *B* expugnatam · ut *N* expugnatum · ut *L* | obsides *L* ‖ 5 et modo (*om.* quo) *C* | dagnati . *L* | dampnatam *L* ‖ 6 sulla *N* ‖ 8 quid aliud *C, at v. p. 151, 23; 137, 17* | sillanae *BL* sullanæ *N* ‖ 11 exsul *N* ‖ 13 etiam *BL* | baliaribus (*priorem* i *in* e *mutavit m. 2*) *N* ‖ 14 **expertus *B* | missusque in *C* consiliis usque in *Sauppius* | fortunatasque (o *correcta m. 1 ex* u) *N* ‖ 15 consiliis *om. C* ‖ 18 mithridatẽ: *correxi* Mithridatem *vg.* | perrexit *B* ‖ 19 qui *L* ‖ 20 cui *om. C* ‖ 21 cneus (c *in* g *mutavit m. 1*) *B* · gn· *C* | hic (c *supra versum m. 1*) copias adtriuerant uiri diu et ancipiti (n *correcta ex* mi *radendo*) semper acie pugnatum est. nec tamen prius bello quam suorum scelere et insidiis extinctus est. copias eius prope tota hispania persequuti diu et uaria semper acie domauerunt. *B* hi copias uiri diu et ancipitis (s *expunxit N*[2] ancipiti *L*) semper acie adtribuere (adtriuere. *L*) nec tamen prius

trivere viri prope tota Hispania persecuti. diu et ancipiti
semper acie pugnatum est; nec tamen prius bello quam
suorum scelere et insidiis extinctus est. prima per legatos
habita certamina, cum hinc Domitius et Thorius, inde
Hirtulei proluderent; mox his apud Segoviam, illis apud 7
Anam flumen oppressis, ipsi duces comminus invicem
experti apud Lauronem atque Sucronem aequavere clades.
tum illis ad populationes agrorum, his ad urbium excidia 8
conversis misera inter Romanos duces Hispania discordiae
poenas dabat, donec oppresso domestica fraude Sertorio, 9
victo deditoque Perperna ipsae quoque in Romanam fidem
venere urbes Osca Termes, Vlia Valentia, Auxuma et fame
nihil non experta Calagurris. sic recepta in pacem
Hispania. victores duces externum id magis quam civile
bellum videri voluerunt ut triumpharent.

XI. BELLVM CIVILE SVB LEPIDO.

Marco Lepido Quinto Catulo consulibus civile bellum paene III, 23
citius oppressum est quam inciperet. sed quantulacumque
fax illius motus ab ipso Syllae rogo exarsit? cupidus 2
rerum novarum per insolentiam Lepidus acta tanti viri
rescindere parabat; nec inmerito, si tamen posset sine
magna clade rei publicae. nam cum iure belli Sylla 3

bello quam suorum scelere et insidiis extinctus copias eius prope tota (totas *L*) hispania (hyspania *L*) persecuti diu et ancipiti semper acie donauerunt *C*: *corr. Iahnius et Halmius* hi copias viri prope tota Hispania persecuti diu et ancipiti semper acie adtrivere, nec tamen prius bello quam suorum scelere et insidiis extinctus est. prima per *Sauppius* ‖ 4 hinc (n *sup. vers. m. 1*) *N* | ethorius *C* ‖ 5 hirtuleius *B* | apud (d *corr. ex* t) *B* aput *L* ‖ 7 expertiapud (i *m. 1 sup. vers.*) *N* | clades (es *corr. ex* em) *B* ‖ 8 apopulatione sacrorum *B* ad populationem agrorum *C* ‖ 10 oppressa (a *in* o *mut. m. 1*) *N* ‖ 12 tergaest cum *B* termestudia *C*: *corr. Salmasius et Iahnius* | auxume *B* Vxama *Plin. n. h. III 27; Oros. V 23, 14; C. I. L. II 2854, al.* | in *post* et *add. C* ‖ 13 pace (*om.* in) *B* inpace *L* ‖ 14 hispanie (e *in* a *mut.*) *B* ‖ 15 uidere *C* ‖ 17 consule÷ *L* ‖ 18 quantum lateque fax *C* ‖ 19 sillae *BL* | namque *post* cupidus *add. C* ‖ 20 acta *om. B* ‖ 21 res. rescindere *B* ‖ 22 sulla *N*

dictator proscripsisset inimicos, qui supererant revocante
Lepido quid aliud quam ad bellum vocabantur? cumque
damnatorum civium bona addicente Sylla quamvis male
capta iure tamen ⟨tenerentur⟩, repetitio eorum procul dubio
4 labefactabat conpositae civitatis statum. expediebat ergo
quasi aegrae sauciaeque rei publicae requiescere quomodo-
5 cumque, ne volnera curatione ipsa rescinderentur. ergo
cum turbidis contionibus velut classico civitatem terruisset,
profectus in Etruriam arma inde et exercitum urbi ad-
6 movebat. sed iam Mulvium pontem collemque Ianiculum
Lutatius Catulus Gnaeusque Pompeius, Syllanae domina-
7 tionis duces atque signiferi, alio exercitu insederant. a
quibus primo statim impetu retro pulsus hostisque a
senatu iudicatus incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam
8 recessit ibique morbo et paenitentia interiit. victores
quoque, quod non temere alias in civilibus bellis, pace
contenti fuerunt.

XII. BELLVM CATILINAE.

IIII, 1 Catilinam luxuria primum, tum hinc conflata egestas
rei familiaris, simul occasio, quod in extremis finibus
mundi arma Romana peregrinabantur, in nefaria consilia

1 proscripsisset (*posterior* r *supra versum*) *L* ‖ 2 aliut (t *in* d *mutavit m. 2*) *N* ‖ 3 dampnatorum *L* | silla *BL* sulla (y *supra* u, u *expunxit m. 2*) *N* ‖ 4 capita (i *expunxit m. 2*) *N* | tenerentur *add. Dukerus* | repetita *B* ‖ 5 conpositam ciuitatem (*om.* statum) *C* | cōpositae ciuitati *B* ‖ 6 ægres (s *exp. m. 1 et 2*) *N* ęgere *L* | quiescere *B* ‖ 7 ne *om. B* | uulnera *BL* | cutio ipsa *B* ‖ 8 turbinis *N* ‖ 9 etruria *B* | et *om. B* | urbi (ur *in ras.*) *B* | admouerat *C* ‖ 10 muluium (*1.* u *in* o *mut. m. 2*) *N* ‖ 11 latius *B* | sillanae *L* | dominationes *B* ‖ 12 insiderant *BL* ‖ 13 hostisque senatus (*om.* a) *B* ‖ 14 ettruriam (*posterior* t *erasa*) *B* ‖ 15 pestilentia *post* paenitentia *dd. N* ‖ 16 quoque *om. C* | pacis *B* partis *Mommsenus* ‖ 17 L̄ ANNEI · FLORJ · EPITOMA · DE-TITO LIUIO EXPLICIT · LIB · III ·,· JNCIPIT LIB̄ IIII · FELICITER- *subscripsit C* ‖ 18 KATILINAE *B* CATILLINAE *N* ‖ 19 Catillinam *C* | cum *B* tu *N* | conflant *B* ‖ 20 hoc casio *B* ‖ 21 romana (*posterior* a *correcta ex* i) *B* | nefaria (n *m. 1 supra versum*) *B*

opprimendae patriae suae conpulere. senatum confodere, 2
consules trucidare, distringere incendiis urbem, diripere
aerarium, totam denique rem p. funditus tollere et quid-
quid nec Hannibal videretur optasse quibus — o nefas —
sociis adgressus est! ipse patricius; sed hoc minus est: 3
Curii Porcii Syllae Cethegi Autronii Varguntei atque
Longini, quae familiae! quae senatus insignia! Lentulus
quoque tum cum maxime praetor. hos omnis inmanissimi
facinoris satellites habuit. additum est pignus coniurationis 4
sanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere: sum-
mum nefas, nisi amplius esset propter quod biberunt.
actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa coniuratio 5
in Ciceronem et Antonium consules incidisset, quorum
alter industria rem patefecit, alter manu oppressit. tanti 6
sceleris indicium per Fulviam emersit, vilissimum scortum,
sed patriciis innocentius. consul habito senatu in prae- 7
sentem reum peroravit; sed non amplius profectum,
quam ut hostis evaderet seque palam ac professe in-
cendium suum restincturum ruina minaretur. et ille 8
quidem ad praeparatum a Manlio in Etruria exercitum
proficiscitur signa inlaturus urbi. Lentulus destinatum
familiae suae Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinans

1 contulere *B* || 2 destringere *B* || 3 quicquid *BL* || 4 ne *B* | annibal *B* | obtasse *N* | ónefas *L* || 5 aggressus *L* | patricius (ci *supra versum*) *L* | minus (i *evanidam restituit m. 2*) *N* || 6 porci *L* | cethegia utro|nii (ro *in rasura m. 1*) *B* | uarcuntei *B* || 7 quæfamiliae (a *post* f *in rasura duarum circiter litterarum*) *N* || 8 tunc *C* | cum *om. L* | praeter *B* | omnis (i *in* e *mutavit m. 2*) *N* omnes *BL* | immanissimi *N* || 10 humanum *B* | paperis (t *supra posteriorem* p *m. 1*) *N* || 11 ne amplius *B* || 15 iuditium *L* || 16 patriciis (v *supra ultimam* i *m. 2*) *N* patricius *L* | innocens *C* | tum *ante* cons. *add. C* | habito (o *correcta ex* u) *L* | senatui *B* | in praesentem reum perorauit *B* in praesentem (tem *supra versum L*) parricidam · in praesentum (presentem *L*) reum cicero (cycero *L*) perorauit *C* || 17 profectum (pro *correctum ex* per) *B* || 18 cum *ante* palam *add. B* | palam hac professe *B* palam pro fesso *C* [palam] ex professo *Graevius* || 19 restinctũrum (*virgula supra priorem* u *erasa*) *B* || 20 exercitu *B* || 22 sibillinis *B* sybillinis *L* | uatiginans (g *in* c *mutavit m. 1*) *B* uatiginans (cinans *supra versum m. 2*) *N* uatiginans *L*

ad praestitutum a Catilina diem urbe tota viros faces tela
9 disponit. nec civili conspiratione contentus legatos Allo-
brogum, qui tum forte aderant, in arma sollicitat. isset
ultra Alpes furor, nisi altera proditione Volturci praetoris
litterae tenerentur. statim Ciceronis imperio iniecta est
10 barbaris manus; palam praetor in senatu convincitur. de
supplicio agentibus Caesar parcendum dignitati, Cato
11 animadvertendum pro scelere censebant. quam sententiam
secutis omnibus in carcere parricidae strangulantur.
quamvis parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto
Catilina non destitit; infestis ab Etruria signis patriam
petens obvio Antonii exercitu opprimitur. quam atrociter
12 dimicatum sit exitus docuit. nemo hostium bello super-
fuit; quem quis in pugnando ceperat locum, eum amissa
anima corpore tegebat. Catilina longe a suis inter hostium
cadavera repertus est, pulcherrima morte, si pro patria
sic concidisset.

XIII. BELLVM CIVILE CAESARIS ET POMPEI.

IIII, 2 Iam paene toto orbe pacato maius erat imperium
Romanum, quam ut ullis exteris viribus opprimi posset.
itaque invidens Fortuna principi gentium populo ipsum
2 illum in exitium sui armavit. ac Mariana quidem Cinnana-

1 catillina *C* | tota (a *correcta ex* o) *B* | uiros (s *add. m. 1*) *B* | fasces *B* ‖ 2 legatis *C om. B*: *corr. Halmius* ‖ 3 Jnarmis *L* | sollicitatis · sed *B* sollicitatiset isset *N* sollicitatis isset *L*: *corr. Halmius* ‖ 4 furor (u *correcta ex* o) *L* | uolturcii *C* | praetoris (o *correcta m. 1 ex* e) *B* ‖ 6 barbaris (s *supra versum m. 1*) *B* ‖ 8 animaduertentum *N* | censebat *L* ‖ 9 sequutis *B* | parricidiae (*tertia* i *erasa*) *B* ‖ 10 quam suis *B* ‖ 11 catillina *C* | sed *ante* infestis *add. C* ‖ 12 obuiam (am *in* o *correcta*) *L* | antonio *B* | quã (*virgula m. 1*) *B* ‖ 14 quamquis *B* | euna (*ante* e *supra versum m. 2* n) missa *N* ‖ 15 catillina *C* ‖ 16 pulcherrima *om. B* | si sic pro patria siconcidisset *N* ‖ 18 CIVILE *om. C* | POM·PEJ ·,· *N* PONPEI *L* ‖ 19 toto orbe paene *B* | paene peracto *Iahnius* ‖ 20 ut illis (v *supra priorem* i *m. 2*) externis *N* utilis externis (x *correcta ex* i) *L* | posset (e *m. 1 correcta ex* i) *N* ‖ 22 exitium (*posterior* i *supra versum m. 1*) *B* | suum *C* | cinnanáque *L*

que rabies iam intra urbem praeluserat, quasi si experiretur.
Syllana tempestas latius, intra Italiam tamen detonuerat.
Caesaris furor atque Pompei urbem Italiam, gentes nationes, 3
totum denique qua patebat imperium quodam quasi diluvio et
inflammatione corripuit, adeo ut non recte tantum civile 4
dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, sed
potius commune quoddam ex omnibus et plus quam
bellum. quippe si duces eius inspicias, totus senatus in 5
partibus; si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem
et octo, flos omnis et robur Italici sanguinis; si auxilia
sociorum, hinc Gallici Germanique dilectus, inde Deiotarus
Ariobarzanes Tarcondimotus Cotys et Rhascypolis, omne
Thraciae Cappadociae, Macedoniae Ciliciae, Graeciae totius-
que robur orientis; si moram belli, quattuor anni, set pro 6
clade rerum breves; si locum et spatium, commissum est
intra Italiam, inde se in Galliam Hispaniamque deflexit
reversumque ab occasu totis viribus in Epiro Thessaliaque

1 iam *om.* *C* | praecluserat *BN* precluxerat *L*: *corr.* *Gruterus* proluserat *Graevius, v. p. 135, 5* | si *om.* *C* ‖ 2 sillana *BL* | detinuerat *L* ‖ 4 totumque potibat (*om.* denique) *B* totum denique patebat (*om.* qua) *L* ‖ 5 corripuit (cor *in rasura m. 1*) *B* | rectet tantum (*secunda* t *deleta*) *N* ‖ 6 sed ne *B* | extienus *in* externum *mutavit* *B*[1] ‖ 8 quippe — partibus *bis*, *prioribus erasis, sed ita ut inter ea verba* et plus quam bellum *repetantur et ipsa erasa* *B* ‖ 9 undedcim (*posterior* d *deleta*) *N* | decemet (em *supra versum m. 2*) octo *N* decet octo *L* ‖ 10 italicis anguinis *in* italici sangunis *mut.* *N*[2] ‖ 11 romanique *B* | delectus *BL* | deiottarus *B* deiotarius (*posterior* i *expuncta*) *L* ‖ 12 ariobarzanes (*tertia* a *correcta ex* o) *L* | tarcondi motus cotys (y *correcta ex* i) et thascypolis *B* tarchondimotus · co intus *N* tarcon · dimotus corinthus · *L* | omnes *C* ‖ 13 trhaciae (r *expunxit m. 1 et supra versum inter* h *et* a *inseruit*) *N* | cappadociaeque *C* | ciliciæ macedoniae *C* | italiae *post* graeciae *add.* *C* ‖ 14 belli (b *correcta m. 1 ex* u) *B* belli *post* orientis *transpos.* *N*[1] | annis sed *B* anni · et *L* [sed] *Perizonius animadv. hist. cap. X p. 422* ‖ 15 clade∗∗ *N* | breue *B* breue tempus *C*: *corr.* *Halmius, sed fortasse supra recepta Perizonii coniectura hic nihil mutandum, si* bellum *ex iis quae praecedunt et sequuntur suppleveris* | spatium ubi commissum: *corr.* *Perizonius l. c.* | est . ita intra (ita *expunctum*) *L* ‖ 16 his spaniamque *B* ‖ 17 occasũ (*virgulam delevit m. 1*) *B* | inepyra *L*

consedit, hinc in Aegypton subito transiluit, inde respexit
Asiam, Africae incubuit, postremo in Hispaniam regyravit
7 et ibi aliquando defecit. sed non et odia partium finita
cum bello. non enim prius quieverunt, quam in ipsa
urbe medio senatu eorum qui victi erant odia victoris
sese caede satiarent.
8 Causa tantae calamitatis eadem quae omnium, nimia
felicitas. si quidem Quinto Metello Lucio Afranio consu-
libus cum Romana maiestas toto orbe polleret recentesque
victorias, Ponticos et Armenios triumphos in Pompeianis
theatris Roma cantaret, nimia Pompei potentia aput otiosos,
9 ut solet, cives movit invidiam. Metellus ob inminutum
Cretae triumphum, Cato adversus potentes semper obli-
quus detrectare Pompeium actisque eius obstrepere. hinc
dolor transvorsum egit et ad praesidia dignitati paranda
10 inpulit. forte tunc Crassus genere divitiis dignitate flore-
bat, ut vellet tamen auctioris opes; C. Caesar eloquentia
et spiritu, ecce iam et consulatu adlevabatur; Pompeius
11 tamen inter utrumque eminebat. sic igitur Caesare dig-
nitatem conparare, Crasso augere, Pompeio retinere
cupientibus omnibusque pariter potentiae cupidis de in-
12 vadenda re publica facile convenit. ergo cum mutuis
viribus in suum quisque decus niterentur, Galliam Caesar
invadit, Crassus Asiam, Pompeius Hispaniam: tres maximi

1 hinc *om. B* | inaegyptum *B* inegyptum *L* ‖ 2 hispania (h *supra versum*) *B* | regnauit *B* regirauit *L* ‖ 4 urbe ipsa *C* ‖ 5 uictoris *om. L* ‖ 6 se *B* ‖ 7 Causæ *C* | eademque omnium: *corr. vg.* ‖ 8 africano *B* | cosť (ť *add. m. 1*) *B* cos. *N* cons̃. *L* | 9 retentesque *L* ‖ 11 apud *L* ‖ 12 mouet *B* | imminutum *C* ‖ 13 petentes *B* | oblicus (q *supra* c *m. 1*) *N* obliquus (*prior* u *supra versum*) *L* ‖ 14 detrectare (*prior* r *supra versum m. 1*) *B* | pompeio *B, at v. p. 162, 16* | hactisque (h *erasa*) *B* | hic *B* hunc *N. Heinsius* ‖ 15 transuersum *B* ‖ 16 impulit *N* inpulit (u *correcta ex* a) *L* | genere (gene *initio versus in margine additum*) *B* ‖ 17 ut *inseruit Mommsenus* | auctiores *N* altiores *L* | ·g· *C del. Halmius* ‖ 19 inter (n *supra versum m. 1*) *B* super *C* | utrumque (*prior* u *supra versum m. 1*) *N* | caesarẽ (*virgula erasa*) *B* cesare (a *correcta ex* e) *L* ‖ 20 cõparare *B* ‖ 23 mitterentur *L* ‖ 24 maximos *C*

exercitus, et in his orbis imperium societate trium prin-
cipum occupatur. decem annos traxit ista dominatio ex 13
fide, quia mutuo metu tenebantur. Crassi morte apud
Parthos et morte Iuliae, Caesaris filiae, quae nupta Pom-
peio generi socerique concordiam matrimonii foedere con-
tinebat, statim aemulatio erupit. iam Pompeio suspectae 14
Caesaris opes et Caesari Pompeiana dignitas gravis. nec
ille ferebat parem, nec hic superiorem. pro nefas! sic
de principatu laborabant, tamquam duos tanti imperii
fortuna non caperet. ergo Lentulo Marcelloque consulibus 15
rupta primo coniurationis fides. de successione Caesaris
senatus, id est Pompeius agitabat, nec ille abnuebat, si
ratio sui proximis comitiis haberetur. consulatus ab- 16
senti, quem decem tribuni favente Pompeio nuper decre-
verant, tum dissimulante eodem negabatur: veniret et
peteret more maiorum. ille contra flagitare decreta, ac 17
nisi in fide permanerent, non se remittere exercitum.
ergo ut in hostem decernitur. his Caesar agitatus statuit
praemia armorum armis defendere.

Prima civilis belli harena Italia fuit, cuius arces levibus 18
praesidis Pompeius insederat; sed omnia subito Caesaris
impetu oppressa sunt. prima Arimino signa cecinerunt. 19

1 et in his *B* et iam sic *N* etiam sic *L* *an* et [in] his? || 2 exinde quoniam *C, at v. vs. 11 et 17* ex fide et quia *vel* dominatio, quia — tenebantur. exinde Crassi? || 4 partos *L* | et *om. B* | caesaris (caesa *m. 1 in rasura*) *N* | filieque *L* || 5 generis (s *expunxit m. 1*) *N* | socerique (o *correcta ex* e) *L* | phoedere *B* | tenebat *C* || 7 et cesaris *L* | nec (c *supra versum m. 2*) hic *N* nec hic *L* || 8 patrem. *L* | nec ille *C* | pro *om. C* ó *N*[2] || 10 cost (t *add. m. 1*) *B* cos. *N* consule *L* || 11 prima coniurationis (*postrema* i *in ras. N*[1]) fide: *corr. Halmius* (primo *Iahnius*) *an* prona? || 12 ille (e *in rasura m. 1*) *N* | iratio (*om.* si) *L* || 13 ÷ *supra* sui *et in margine* ∴ *N*[2] | comitatus *L* | ut daretur *ante* consulatus *add. B* | ÷ *supra* consulatus *N*[2] || 14 tribus *C* | decreuerant cum *N* decreuerant. Tum *L* tum *om. B* || 15 de simulante *in* dissimulante *mutavit N*[1] | pompeio *post* dissimulante *add. L* || 16 maiorum more *C* || 17 nisi fides permaneret *B* | se *om. B* || 18 ⊢ostem (*spiritum imposuit m. 1*) *B* || 20 arena *B* | cuius (i *supra versum m. 1*) *N* || 21 praesidiis *BL* præsidis *N*

tum pulsus Etruria Libo, Vmbria Thermus, Domitius Corfinio. et peractum erat bellum sine sanguine, si Pom-
20 peium Brundisi opprimere potuisset. et ceperat, sed ille per obsessi claustra portus nocturna fuga evasit. turpe dictu: modo princeps patrum, pacis bellique moderator per triumphatum a se mare lacera et paene inermi navi
21 fugiebat. nec Pompei ab Italia quam senatus ab urbe fuga turpior. quam paene vacuam metu Caesar ingressus consulem se ipse fecit. aerarium quoque sanctum, quod quia tardius aperiebant tribuni iussit effringi censumque et patrimonium populi Romani ante rapuit quam imperium.
22 Pulso fugatoque Pompeio maluit prius ordinare provincias quam ipsum sequi. Siciliam et Sardiniam, annonae
23 pignora, per legatos habet. nihil hostile erat in Gallia; pacem ipse fecerat. sed ad Hispanienses Pompei exercitus transeunti per eam duci portas claudere ausa Massilia est. misera dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit. sed quia tuta muris erat, vinci eam sibi iussit absenti.
24 Graecula civitas non pro mollitia nominis et vallum rumpere et incendere machinas ausa, etiam congredi navibus;
25 sed Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra marique perdomuit. mox dedentibus sese omnia ablata praeter quam potiorem omnibus habebant libertatem.
26 Anceps variumque, sed incruentum in Hispania bellum cum legatis Gnaei Pompei, Petreio et Afranio, quos Ilerdae

1 libro (r *expuncta*) *L* ‖ 2 orfinio *B* | per hac tum *B* ‖ 3 brundisii *B* ‖ 5 dictum *N* ‖ 6 inermi (*posterior* i *correcta ex* a) *L* | naue *B* ‖ 7 ec (*littera initialis non expleta*) *L* | pompeius *C* | habita lia *B* ‖ 8 fugatur · prior (r *ante* i *supra versum et punctum add. m. 1*) *B* fugatur prior *C: corr. Gruterus* ‖ 9 facit *C* | aerarium (arium *in margine m. 1*) *B* | quod (d *correcta ex* t *m. 1*) *B* ‖ 10 que *del. Mommsenus* ‖ 13 seque *in* sequi *mutavit* B^1 ‖ 14 pignera *B* | hostilem (m *expunxit m. 2*) *N* ‖ 15 sed *om. N* | exercitus (r *correcta ex* x) *L* ‖ 16 clausere (d *supra* s *m. 2*) *N* ‖ 17 ducupit *L* ‖ 18 tutis *C* | iussit∗ *N* | abenti (*supra* e *m. 2* ie) *N* ‖ 19 sed *B* ‖ 20 et congredi (iam *om.*) *C* ‖ 21 mariaque (*posterior* a *erasa*) *B* ‖ 22 se *B* | abbata *B* ‖ 24 et *C* | cruentum *N* ‖ 25 africanio *in* afranio *mutavit* B^1 ufranio . *L*

castra habentes aput Sicorin amnem opsidere et ab oppido
intercludere adgreditur. interim abundatione verni flu- 27
minis commeatibus prohibetur: sic fame castra temptata
sunt, obsessorque ipse quasi obsidebatur. sed ubi pax 28
fluminis redit et pabulationibus et pugnae campos aperuit,
iterum ferox instat et cedentes ad Celtiberiam consecutus
aggere et vallo et per haec siti ad deditionem conpulit.
sic citerior Hispania recepta est, nec ulterior moram fecit. 29
quid enim una post quinque legiones? itaque ultro cedente
Varrone Gades fretum Oceanus, omnia felicitatem Caesaris
sequebantur.

Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa Fortuna 30
est circa Illyricum et Africam, quasi de industria prospera
eius adversis radiaret. quippe cum fauces Adriani maris 31
iussi occupare Dolabella et Antonius, ille Illyrico, hic
Curictico litore castra posuissent iam maria late tenente
Pompeio, repente legatus eius Octavius Libo ingentibus
copiis classicorum utrumque circumvenit. deditionem 32
fames extorsit Antonio. missae quoque a Basilo in auxi-
lium eius rates, quales inopia navium fecerat, nova Pom-
peianorum arte Cilicum actis sub mari funibus captae
quasi per indaginem. duas tamen aestus explicuit. una, 33

1 apud *C* | sicorim *B* | amneni *L* | obsidere *BN*² ‖ 2 aggreditur *L* | habundatio *B* abundantione (*2.* n *expunxit m. 2*) *N* ‖ 3 comeatibus *B* | prohibebat *B* prohibet *C: corr. Rehd.* ‖ 4 obsersorque (s *sup. priorem* r *m. 2*) *N* | qui *post* quasi *add. N*² | obsedebatur *B* ‖ 5 rediit *B* redit *C* | et *add. Salmasius* [rediit] *N. Heinsius* reddita *Freinshemius* | populationibus*: corr. Lipsius* | pugna *BL* ‖ 6 aceltiueriam (*prior* i *correcta ex* e) *B* | consequutus *B* ‖ 7 contulit *B* ‖ 10 gades (g *correcta ex* c *m. 1*) *B* | oceanis (s *erasa*) *B* | felicitatẽm (*virgula erasa*) *N* ‖ 13 illirium *B* illiricum *L* | etaffricam *L* | moranti *ante* quasi *add. B* | circam Illyricam et Africam oram *Hauptius* ‖ 14 adversis (v *sup. vers. m. 1*) *N* | radiarent *B* radiarentur *C: corr. Iahnius, an* variaret*?* ut prospera eius adversis radiarent *Halmius* | Quippe (*prior* p *ex* d *corr. m. 1*) *B* | hadriani *L* ‖ 15 iussit *B* | illirico *L* ‖ 16 currictico *L* syretico *B, v. Lucan. IV 406 Strabo p. 123, 315* ‖ 17 libo genibus *B* ‖ 19 ablatio *B* ablasio *C: corr. F. Asulanus* ‖ 20 fecerant *B, at v. De Senecae recens. et emendat. p. 168 adn. 14* ‖ 21 submari (i *corr. ex* e) *B* ‖ 22 indaginem (g *corr. ex* c *m. 1*) *B*

quae Opiterginos ferebat, in vadis haesit memorandumque
posteris exemplum dedit. quippe vix mille iuvenum manus
circumfusi undique exercitus per totum diem tela sustinuit,
et cum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem
veniret hortante tribuno Vulteio mutuis ictibus inter se
34 concucurrit. in Africa quoque par et virtus et calamitas
Curionis fuit, qui ad recipiendam provinciam missus pulso
fugatoque Varo iam superbus subitum Iubae regis adventum equitatumque Maurorum sustinere non potuit.
patebat victo fuga, sed pudor suasit ut amissum sua
temeritate exercitum morte sequeretur.

35 Sed iam debitum par Fortuna flagitante sedem bello
36 Pompeius Epiron elegerat, nec Caesar morabatur. quippe
ordinatis a tergo omnibus, quamvis hiemps media prohiberet tempestate, ad bellum navigavit positisque ad
37 Oricum castris, cum pars exercitus ob inopiam navium
cum Antonio relicta Brundisii moram faceret, adeo inpatiens erat ut ad arcessendos eos ardente ventis mari,
nocte concubia, speculatorio navigio solus ire temptaverit.
extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox
38 ipsius 'quid times? Caesarem vehis.' contractis in unum
undique omnibus copiis positisque comminus castris diversa
erant ducum consilia. Caesar pro natura ferox et con-

2 exitum: *corr. Freinshemius, cf. Lucanus IV 497* ‖ 4 tandem *Iahnius, an delendum?* ‖ 5 hortante (n *supra versum m. 1*) *B* ortante *N* | mutuis (ui *correctum m. 1 ex* iu) *B* matuis *L* | in se *C* ‖ 6 concurrit *BL* | africaquque *N* ‖ 7 scurionis *N* ‖ 8 uarro *B* | iam *om. B* ‖ 9 maurorum (um *correctum ex* o) *L* ‖ 11 mortis *B* ‖ 12 debitum (a *supra* u *m. 2*) *N* ‖ 13 et pyrone *in* epyron *mut. B*[1] | moratur *C* ‖ 14 hiens *L* ‖ 15 prohiberet media *Halmius* | ad dorrycum (*priorem* r *exp. m. 1*) *N* addoricum *L* ‖ 17 brundisio *C an* Brundisi? ‖ 18 ut accersendos *N* ut accersiendos *L* | mare *C* ‖ 19 concubia (a *correcta m. 1 ex* o) *B* | iret (t *expunxit m. 2*) *N* ‖ 20 exta trepidum (ad *om., supra* ta *m. 2* citat) *N* ‖ 21 quid times *om. B, at v. schol. Lucani V 577* | Tene *ante* cesarem *add. L* | uehis (h *supra versum m. 2*) *N* ‖ 22 undi qe (q *ex* n *correcta m. 1*) *N* | omnibus (m *m. 1 in rasura duarum litterarum*) *N* ‖ 23 Cesar ÷ (r *supra versum*) *L*

ficiendae rei cupidus ostentare aciem, provocare lacessere;
nunc obsidione castrorum, quae sedecim milium vallo ob- 39
duxerat — sed quid his obesset obsidio, qui patente mari
omnibus copiis abundarent? — nunc expugnatione Dyrrachi 40
inrita, quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret; ad
hoc adsiduis in eruptione hostium proeliis, quo tempore
egregia virtus Scaevolae centurionis emicuit, cuius in scuto
centum atque viginti tela sederunt; iam vero urbium 41
direptione sociarum cum Oricum et Gomphos et alia
castella Thessaliae vastaret. Pompeius adversus haec 42
nectere moras, tergiversari, simul hostem interclusum
undique inopia commeatuum terere, usque dum arden-
tissimi ducis consenesceret impetus. nec diutius profuit 43
ducis salutare consilium. miles otium, socii moram, prin-
cipes ambitum ducis increpabant. sic praecipitantibus
fatis proelio sumpta Thessalia est, et Philippicis campis
urbis imperii generis humani fata commissa sunt. num- 44
quam ullo loco tantum virium populi Romani, tantum
dignitatis Fortuna respexit: trecenta amplius milia hinc
vel illinc praeter auxilia reges et senatum. numquam 45
imminentis ruinae manifestiora prodigia: fuga victimarum,

1 hostentaret (et *m. 1 correcta in* e) *B* ‖ 2 non *B* | castrorumque *B* castrorum quibus sedecim milium vallum obduxerat *Halmius* | sexdecim *L* | milium (um *correctum m. 1 ex* a) *B* | uallo (o *correcta m. 1 ex* ium) *B* | obduxerant *B* ‖ 3 is *B* iis *Halmius* ‖ 4 abundarent (*posterior* n *supra versum*) *B* | dyrrhaci *B* dyrrachii *N* dirrachii *L* ‖ 5 irrita *B* | quam uis situs *B* ‖ 6 asiduis *B* | inruptione *B* ineruptionem *L* ‖ 7 sceuolæ (æ *corr. ex* am) *L* | scutum *N* ‖ 8 tela *om. L* | CXX tela in uno scuto *in marg.* N^2 ‖ 9 directione *L* | oricũm (m *erasa*) *N* | gonphos *B* gõphos . *L* ‖ 10 castella *om. B* | thes aliae *B* | uastarent *N* ‖ 11 necterre *B* | sic hostem *B* simul ut hostem *C*: *correxi* simul et *Goertzius, sed archetypi scriptura videtur fuisse* simul uel sic ‖ 12 comeatuum *B* | terreret utque (*om.* dum) *C* ‖ 13 cum senesceret *L* ‖ 14 duci *C* | miles *in* ille *mutavit* N^2 ‖ 16 thesalia *B* thessaliæst (st *in rasura m. 1*) *N* ‖ 17 orbis *B* ‖ 19 fortuna uidit *C* | hinc belli illinc *C* hinc uel illinc *post* auxilia *Mommsenus* ‖ 20 regum et senatus *C* ‖ 21 prodigia (a *correcta ex* i) *B*

examina in signis, interdiu tenebrae. dux ipse in nocturna
imagine plausu theatri sui in modum planctus circum-
sonatus et mane cum pullo pallio — nefas — aput prin-
46 cipia conspectus est. numquam acrior neque alacrior
exercitus Caesaris fuit; inde classica prius, inde tela.
adnotatum quoque committentis aciem Crastini pilum, qui
mox adacto in os gladio — sic inter cadavera repertus
est — libidinem ac rabiem qua pugnaverat ipsa novitate
47 volneris praeferebat. sed nec minus admirabilior illius
exitus belli. quippe cum Pompeius adeo equitum copia
abundaret ut facile circumventurus sibi Caesarem videretur,
48 circumventus ipse est. nam cum diu aequo Marte con-
tenderent, iussuque Pompei fusus a cornu erupisset
equitatus, repente hinc signo dato Germanorum cohortes
tantum in effusos equites fecere impetum ut illi esse
49 pedites, hi venire in equis viderentur. hanc stragem
fugientis equitatus levis armaturae ruina comitata est,
tunc terrore latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua
strages quasi una manu facta est; nec ulla res magis
50 exitio fuit quam ipsa exercitus magnitudo. multus in eo
proelio Caesar mediusque inter imperatorem et militem.

1 examinum *B* | signis (g *correcta m. 1 ex* c) *N* | ipse et *C* ipse et in? | nocturna (*prior* n *supra versum m. 1*) *B* ‖ 2 plausum theatrisui audiens in modum planctus circumsonatus et *B* thæatri sui audiens plausum in modum planctus circumsonat et *C*: *corr. Mommsenus* theatri sui audiens plausum in modum planctus circumsonantem *Salmasius* ‖ 3 pallio *om. C* | apud *C* ‖ 5 Dein classica *L* ‖ 6 adnotatum (n *in* m *mutavit m. 2*) *N* Annotatum *L* | erastini *L* ‖ 7 adhacto in hoc gladio *B* | cadit *post* gladio *add. Sauppius vocabulo* est *infra omisso* ‖ 8 est *om. C* | hac *B* | nouitates *B* ‖ 9 uulneris *BL* uolneris (is *correctum ex* um) *N* | preferebat (*prius* re *supra versum*) *B* | ullius *B* ‖ 10 con *L* ‖ 11 habundaret *B* ‖ 12 contenderet *C* ‖ 13 fisus sui *B* effusus *Lipsius* fisus sibi *Iahnius* effusius *Halmius* ‖ 14 hinc (n *supra versum*) *B* | chohortes (*priorem* h *del. m. 1, posterior* h *supra versum*) *B* ‖ 15 facere *B* | essent *B* ‖ 16 ulli (u *radendo in* i *mutata*) uenire *B* ‖ 17 fugientes *B* | equitatus *om. B* ‖ 18 errore *B* ‖ 19 est · * (*punctum m. 2*) *N* | ulla i|res (i *deleta*) *B* ‖ 21 fuit *ante* mediusque *add. BN*

voces quoque obequitantis acceptae, altera cruenta, sed
docta et ad victoriam efficax 'miles faciem feri!' altera
ad iactationem conposita 'parce civibus!' cum ipse se- 51
queretur felicem utcumque in malis Pompeium, si eadem
ipsum quae exercitum eius fortuna traxisset. superstes
dignitatis suae vixit, ut cum maiore dedecore per Thessa-
lica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon appli-
caret, ut Syhedris, in deserto Ciliciae scopulo, fugam in
Parthos Africam vel Aegypton agitaret, ut denique Pelusio 52
litore, imperio vilissimi regis, consiliis spadonum et, ne
quid malis desit, Septimi desertoris sui gladio trucidatus
sub oculis uxoris suae liberorumque moreretur.

Quis non peractum esse cum Pompeio crederet? at- 53
quin acrius multo atque vehementius Thessalici incendii
cineres recaluerunt. et in Aegypto quidem adversus 54
Caesarem sine partibus bellum. quippe cum Ptolomaeus, 55
rex Alexandriae, summum civilis belli scelus peregisset et
foedus amicitiae cum Caesare medio Pompei capite san-
xisset, ultionem clarissimi viri manibus quaerente Fortuna
causa non defuit. Cleopatra, regis soror, adfusa Cae- 56
saris genibus partem regni reposcebat. aderat puellae

1 uocis *B* | obequitatis *B* obequitantis (n *supra versum m. 1, posteriorem* i *in* e *mutavit m. 2*) *N* | excepte *C* ‖ 2 faciem (iem *correctum m. 1 ex* et, *ut videtur*) *B* | fieri *L* ‖ 3 iatatonem *B* iactationem (*prior* i *in ras. 2 fere litterarum m. 1, priorem* e *in a mut. m. 1*) *N* | cõposita *BL* | parte *L* | sequeretur (*prior* u *sup. vers.*) *L* ‖ 4 utcuque *B* ‖ 5 ipsumque *BL* ‖ 6 iussit *L* | ut *om. N* | commaiore *L* | thesalica *B* ‖ 7 tempore *L* | lesbõ *N* lesbõn *L* | applicarentur · et (*interpunxit m. 1 postea*) *B* applicaretur pulsus *C*: *correxi* applicaretur ut *Halmius* ‖ 8 hedris: *corr. Salmasius* (Syedris, *sed v. Lucan. VIII 259*) ‖ 9 aegyptum *B* egiptum *L* | in *post* denique *add. C* ‖ 11 deesset *Halmius* | septimii *B* ‖ 12 occulis *L* ‖ 13 bellum *post* crederet *add. C* ‖ 14 atquin (t *correcta m. 2 ex* d) *N* | uehementius (h *supra versum m. 1*) *B* | ut *post* thessalici *erasum B* ‖ 15 recalauerunt *L* | inegipto *L* ‖ 16 ptolemeus *N* tolomeus *L* ‖ 17 et phoedus *B* foedusque *C* | 18 amicitiae (c *correcta m. 1 ex* t) *B* ‖ 19 ultionem quãemanibus (*virgula erasa*) clarissimi uiri omnibus quaerente fortunae *B* | 20 effusa *L* ‖ 21 reposcebat (repos *in rasura sex litterarum, quarum prima erat* p) *B* poscebat *L*

forma, et quae duplicaretur ex illo, quod talis passa vide-
57 batur iniuriam, odium ipsius regis, qui Pompei caedem
partium fato, non Caesari dederat, haud dubie idem in
58 ipsum ausurus, si expedisset. quam ubi Caesar restitui
iussit in regnum, statim ab isdem percussoribus Pompei
obsessus in regia quamvis exigua manu ingentis exercitus
59 molem mira virtute sustinuit. ac primum proximorum
aedificiorum atque navalium incendio infestorum hostium
tela summovit, mox in paeninsulam Pharon subitus evasit;
inde depulsus in maria mira felicitate ad proximam classem
enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento seu fato
seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxisque
60 peteretur. tunc receptus a classicis suis, undique simul
hostes adortus de inbelli ac perfida gente iusta generi
manibus dedit. quippe et Theodotus, magister auctorque totius belli, et ne virilia quidem portenta, Pothinus atque Ganymedes diversa per mare et terras fuga morte consumpti. regis ipsius corpus obrutum limo repertum est in aureae loricae honore.

61 In Asia quoque novus rerum motus a Ponto, plane quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut a Pompeio pater, a Caesare filius vinceretur.

1 formae et *B* | forma et quod duplicaretur *Freudenbergius* forma et, quae duplicaretur — iniuria et odium *Baehrensius, an et post* forma *delendum est et ante* odium *ponendum?* ‖ 2 pompeium regem *B* pompeio aedem *N* pompeii cędem *L* Pompei necem *Iahnius* ‖ 3 partium (i *sup. vers. m. 1*) *N* | idem *om. B* ‖ 4 ausũrus (*virgula erasa*) *B* | si ruisset hoccasio *B* ‖ 5 hisdem *B* eisdem *C* | pompeii *L* ‖ 6 quamquis (*2.* q *exp. m. 1 et m. 2*) *N* | exigua (a *m. 1 corr. ex* i) *B* ‖ 7 hac *B* ‖ 8 atque naualium *om. B* ‖ 9 paene insulam *C* | faron *C* | euasit (e *correcta ex* in) *L* ‖ 10 felicitate (ci *supra versum*) *L* | ad (d *correcta m. 1 ex* t) *B* ‖ 11 facto *in* fato *mutavit* B^1 ‖ 12 ut *om. B* | incruentibus *B* ‖ 13 tum *C* ‖ 14 adortus *L* | debella tam perfida (*om.* ac) *L* | hac *B* ‖ 17 ganimedes (g *correcta ex* c *m. 1*) *B* ganymedes (y *correcta ex* i *m. 1*) *N* ganimedes *L* | et *ante* morte *add. C* ‖ 18 Rexgis (x *expuncta*) *L* ‖ 19 aureae (u *supra versum m. 1*) *B* ‖ 20 mortus ac sponte *B* | plane *om. B* ‖ 22 a *post* ut *om. B* | accaesare *L* | filius *supra versum B*

rex Pharnaces magis discordiae nostrae fiducia quam suae 62
virtutis infesto in Cappadociam agmine ruebat. sed hunc 63
Caesar adgressus uno et, ut sic dixerim, non toto proelio
obtrivit more fulminis, quod uno eodemque momento
venit percussit abscessit. nec vana de se praedicatio est
Caesaris, ante victum hostem esse quam visum.
Sic cum exteris, at in Africa cum civibus multo atro- 64
cius quam in Pharsalia. huc reliquias partium naufragarum
quidam fugae aestus expulerat; nec reliquias diceres, sed
integrum bellum. sparsae magis quam oppressae vires 65
erant; auxerat sacramentum ipsa clades imperatoris, nec
degenerabat ducum successio. quippe satis ample sona-
bant in Pompeiani nominis locum Cato et Scipio. accessit
copiis Mauretaniae rex Iuba, videlicet ut latius vinceret
Caesar. nihil ergo inter Pharsaliam et Thapson, nisi quod 66
amplior; eoque acrior Caesarianorum impetus fuit in-
dignantium post Pompeium crevisse bellum; denique, quod
alias numquam, ante imperium ducis sua sponte signa
cecinerunt. strages a Iuba coepit, cuius elephanti bellorum 67
rudes et nuperi a silva consternati subito clangore lituorum
in suos sese circumegere. statim exercitus in fugam,
nec duces fortius quam ut effugerent. non inconspicua

1 fiduciae *B* | uirtutis suae *C* ‖ 2 cappadociam (am *m. 1 correctum ex* iam) *B* campadotiam *L* | ruiebat (i *expunxit m. 2*) *N* ‖ 3 sic (c *supra versum m. 1*) *N* ‖ 4 momento (prior o *correcta ex* e *m. 1*) *B* ‖ 5 Nec una *B* ‖ 6 hostem uictum *B* ‖ 7 ad *B* At *B*[1] ad (d *in* t *mutavit m. 2*) *N* ‖ 8 *an* Thessalia? *cf. p. 145, 16; 150, 22; al.* | hic *B* ‖ 9 furoris æstus *C* ‖ 11 Auserat *L* ‖ 12 qui ipse satis *B* | sonabat *B* sanabant *L* ‖ 13 scipio (ci *sup. vers.*) *L* ‖ 14 copiis (ii *correctum ex* u) *B* | moretanie *B* mauretaniae (i *sup. priorem* e *m. 2*) *N* mauritaniae (u *sup. vers.*) *L* ‖ 15 thapson (h *sup. vers. m. 1*) *N* ‖ 16 hic hostium exercitus *post* amplior *add. Halmius* ardentior eo acriorque *Graevius* amplior ⟨haec⟩? | acrior *correctum ex* amplior *L* | caesareanorum *B* ‖ 17 bellum (um *correctum ex* o) *L* ‖ 18 nunquam *L* ‖ 19 et primum *ante* strages *add. B* | aiuba coepit cuius *bis, sed priora erasa B* | aiuua *N* iulia (*om.* a) *L* | eius *C nescio an recte* ‖ 20 rudes (r *correcta ex* q, *ut videtur*) *N* | nuper: *corr. N. Heinsius* | lituorum — circumegere *om. C* ‖ 21 et *ante* exercitus *add. C* ‖ 22 et duces *C* | fortius (us *correctum m. 1 ex* um) *B*

68 tamen mors omnium. iam Scipio nave fugiebat; sed ad-
secutis hostibus gladium per viscera exegit et ubi esset
quodam requirente respondit hoc ipsum 'bene se habet
69 imperator.' Iuba cum se recepisset in regiam, magnifice
epulatus est postero die cum Petreio fugae comite super-
que mensas et pocula interficiendum se ei praebuit. ille
et regi suffecit et sibi, cum interim semesi in medio cibi
et parentalia fercula regio simul Romanoque sanguine
70 madebant. Cato non interfuit bello. positis apud Ba-
gradam castris Vticam veluti altera Africae claustra serva-
71 bat. sed accepta partium clade nihil cunctatus, ut sapiente
dignum erat, mortem sibi etiam laetus accivit. nam post-
quam filium comitesque ab amplexu dimisit, in noctem
lecto ad lucernam Platonis libro qui inmortalitatem animae
docet, paulum quieti dedit; tunc circa primam vigiliam
stricto gladio revelatum pectus semel iterumque percussit.
72 ausi post hoc virum medici violare fomentis. ille passus,
dum abscederent, rescidit plagas secutaque vi sanguinis
moribundas manus in ipso volnere reliquit, quod ipse bis
fecerat.

73 Quasi numquam esset dimicatum, sic arma rursus et
partes, quantoque Africa supra Thessaliam fuit, tanto

1 morte *C* | niam (n *deleta*) *N* | adsequutis *B* assecutis *L* 2 hostis *B* | exigit *B* ‖ 3 ipsum (u *pro* s *positurus erat librarius*) *N* ‖ 4 recepisset (*2.* e *correcta ex* i) *L* | regia *B* | magnice *L* ‖ 5 est *om. C* | die (i *supra versum*) *L* ‖ 7 sufficit *C* | interim semesi (rim semesi *in rasura m. 1*) *B* | semensi *C* | ciui *C* 8 pericula quaeregio *B* | regio (g *m. 1 in rasura*) *N* ‖ 9 adibant *in* madebant *correxit B*[1] | positisque *C* | aput *N* ‖ 10 uelut *C* ‖ 11 est *ante* ut *add. B* cunctatus est et ut *Iahnius* ‖ 12 sibi *om. C* ‖ 13 c *ante* filium *erasa N* | filius *B* | comitesque (*prior* e *correcta ex* i) *B* | amplexũ (*virgula erasa*) *B* | nocte *C* ‖ 15 paululum *L* | quieuit *C* | tum *C* ‖ 16 strictio (*in* stricto *corr. m. 2*) gadio *N* | gladio (o *correcta ex* um) *B* | manu *post* reuelatum *add. C* | peccatus (cc *expunxit m. 2*) *N* ‖ 18 abscederent (s *supra versum*) *B* ascederent. *L* | plagas (g *correcta m. 2 ex* c) *N* | sequutaque *B* | uis *N* ius *L* ‖ 19 moribundas (s *add. m. 1*) *B* | uulnere *BL* | reliquid (d *in* t *mutavit m. 1*) *N* | quod ipse bis fecerat *om. C* ‖ 21 quasi non esset usquam dimicatum *C* ‖ 22 thesaliam *B*

Africam superabat Hispania. plurimum quantum favoris 74
partibus dabat fraternitas ducum et pro uno duos stare
Pompeios. itaque nusquam atrocius nec tam ancipiti Marte 75
concursum est. primum in ipso ostio Oceani Varus
Didiusque legati conflixere. sed acrius fuit cum ipso
mari quam inter se navibus bellum; siquidem quasi
furorem civicum castigaret Oceanus, utramque classem
naufragio cecidit. quinam ille horror, cum eodem tempore 76
fluctus procellae viri naves armamenta confligerent! adde
situs ipsius formidinem, vergentia in unum hinc Hispaniae,
inde Mauretaniae litora, mare et intestinum et externum
inminentesque Herculis speculas, cum omnia undique simul
proelio et tempestate saevirent. mox circa obsidionem 77
urbium utrimque discursum est, quae miserae inter hos
atque illos duces societatis Romanae poenas dabant. omnium postrema certaminum Munda. hic non pro cetera 78
felicitate, sed anceps et diu triste proelium, ut plane
videretur nescio quid deliberare Fortuna. sane et ipse 79
ante aciem maestior non ex more Caesar, sive respectu
fragilitatis humanae, sive nimiam prosperorum suspectam
habens continuationem, vel eadem timens, postquam idem
esse coeperat quod Pompeius; et in ipso proelio, quod 80
nemo umquam meminerat, cum diu pari Marte acies nihil
amplius quam occiderent, in medio ardore pugnantium

1 quamtum *N* ‖ 2 duo *N* ‖ 3 tamen *L* ‖ 4 conuersum *L* initito *in* inipso *mutavit B*[1] | hostio ocæani *B* | uarius *B* ‖ 6 siqui dem uelut *N* Siquidem uelud *L* ‖ 7 ciuium *B* auicum *L*, *cf. p. 130, 3* | classe *B* ‖ 9 fluctibus *B* fructus *C* | procellae (o *pro* r *positurus erat librarius*) *N* | arma · et armenta *B* arma et armamenta *Halmius* | addesituus (*prior* d *sup. vers. m. 1, verba diiunxit m. 2*) *N* ‖ 10 urgentia *B* | hinc inispaniae *B* ‖ 11 moritaniae (*corr. m. 1*) *B* mauretaniæ (i *sup.* e *m. 2*) *N* mauritanię *L* | esternum *B* ‖ 12 imminentisque *C* ‖ 13 et *om. B* | obsidiones *C* ‖ 15 societatis (c *m. 1 correcta ex* t) *N* societates *L* | romae *B* ‖ 16 postremo *L* | numidia *supra* munda *N*[2] ‖ 18 liberare *B* librare *Halmius* ‖ 19 caesaris · sue (*punctum ante* sue *et* i *supra* u *add. m. 1*) *B* cesar sui *L* | respectum *B* respectus *C* ‖ 20 suspectans *L* ‖ 22 sed: *corr. Iahnius* ‖ 23 unquam *L* | marte pari. *L* | nihil aliud *C, at v. p. 134, 8*

subito ingens inter utrosque silentium, quasi convenisset
81 et hic omnium sensus esset 'quo usque?' illud novissime
inusitatum Caesaris oculis — nefas — post quattuordecim
annos probata veteranorum manus gradum retro dedit,
quos, etsi nondum fugerant, apparebat tamen pudore
82 magis quam virtute resistere. itaque ille ablegato equo
similis furenti primam in aciem procurrit. ibi prensare
fugientis, confirmare signiferos, orare hortari increpare, per
83 totum denique agmen oculis manibus clamore volitare. dicitur
in illa perturbatione et de extremis agitasse secum manifestoque voltu fuisse, quasi occupare mortem manu vellet;
nisi †quod cohortes hostium quinque per transversam
aciem actae, quas Labienus periclitantibus castris praesidio
84 miserat, speciem fugae praebuissent. hoc aut et ipse
credidit aut dux callidus arripuit in occasionem, et quasi
in fugientes invectus simul et suorum erexit animos et
hostis perculit. nam et hi dum se putant vincere, fortius
sequi, et Pompeiani dum fugere credunt suos, fugere
85 coeperunt. quanta fuerit hostium caedes, ira rabiesque
victoribus sic aestimari potest, quod a proelio profugi
cum se Mundam recepissent, et Caesar obsideri statim

2 in hic *B* hic *C*: *corr. Mommsenus* | sensus erat *C* | illum nouissime *B* nouissime illud *C* bellum?' novissime *Mommsenus* ‖ 3 invisitatum *Graevius* ‖ 5 quod et si *N* Quod si *L* | fugerat: *corr. N. Heinsius* | apparuit *B* | pudorem *C* ‖ 6 uirtutem *C* | ille *om. C* ‖ 7 pensabat *L* ‖ 8 fugientes *N* refugientes *L* | signiferos orare hortari increpare *om. C* | Pertotum itaque *L* ‖ 9 agmen *om. L* ‖ 10 cogitasse *L* | et ita manifesto (*om.* que) *C* ‖ 11 uultu *BL* ‖ 12 quod *om. Rehd. an* quod fecisset, nisi? ‖ 13 pariclitantibus *B* ‖ 14 autem et *B* | et *om. L* ‖ 15 attribuit *C* | quasi fugientem (*om.* in) *C* ‖ 16 et inuictos *B* et iam victos *Iahnius* ‖ 17 hostis (i *in* e *mutavit m. 2*) *N* hostes *L* | et *om. C* | hi (h *supra versum*) *B* ‖ 18 in *post* sequi *add. C* | pompeiani (*posterior* i *correcta ex* e) *B* in pompeiani *L* | fugire (i *in* e *mutavit m. 2*) *N* ‖ 19 fuerit (*supra* i *virgula, quae* n *significat, erasa*) *L* | hostibus *B* | caedentis *in* caedendis *mutavit* B^1 in hostibus caedendis *Iahnius* | rabiesque (b *m. 1 correcta ex* u, *ut videtur*) *N* ‖ 20 aestimare (*posteriorem* e *in* i *mutavit m. 1*) *B* | posset *B* | hoc a *C* ‖ 21 mundare cepissent *C*

victos imperasset, congèstis cadaveribus agger effectus est,
quae pilis tragulisque confixa inter se tenebantur — foe-
dum etiam in barbaros. sed videlicet victoriam desperanti- 86
bus Pompei liberis, Gnaeum proelio profugum, crure
saucium, deserta et avia petentem Caesonius aput Lau-
ronem oppidum consecutus pugnantem — adeo nondum
desperabat — interfecit; Sextum fortuna in Celtiberia 87
interim abscondit aliisque post Caesarem bellis reservavit.
Caesar in patriam victor invehitur, primum de Gallia 88
triumphum trahens: hic erat Rhenus et Rhodanus et ex
auro captivus Oceanus. altera laurus Aegyptia: tunc in
ferculis Nilus Arsinoe et ad simulacrum ignium ardens
Pharos. tertius de Pharnace currus et Ponto. quartus 89
Iubam et Mauretaniam et bis subactam ostendebat Hi-
spaniam. Pharsalia et Thapsos et Munda nusquam; et
quanto maiora erant, de quibus non triumphabat!
Hic aliquando finis armis fuit; reliqua pax incruenta 90
pensatumque clementia bellum. nemo caesus imperio praeter
Afranium — satis ignoverat semel — et Faustum Syllam —
docuerat generos timere Pompeius — filiamque Pompei cum

1 uictor *B* | et *ante* congestis *add. L* | congestis (tis *correctum ex* sit) *B* congestis (n *supra versum m. 2*) *N* | ager *L* || 2 plaustri stragulisque *B* pilis iaculisque *C* phalaricis tragulisque *L. Spengelius* balistis tragulisque *Bezzenbergerus* lanceis tragulisque *Iahnius* || 3 Sed uidelicet (Sed uide *in ras.*) *B* || 4 prelio (o *corr. ex* um) *L* | cruore *B* || 5 saucio *C* | auium *B* | tenentem (*posterius* en *sup. vers. m. 1*) *B* | caesonius (a *expunxit m. 2*) *N* | apud *L* || 6 consequutus (*ultima* u *corr. ex* i) *B* || 7 interficit *C* | in celti *ante* fortuna *add. C* | celtiberiam *C* || 8 aliisque (s *sup. vers.*) *B* | seruauit *B* || 10 trans miserat rhenus *C* || 11 capitiuus (*prior* i *expuncta*) *L* | occeanus *L* | egiptia *L* || 12 ferculis (i *corr. ex* u) *B* | arsionoe (*prior* o *erasa*) *B* arsenoe *L* | ⟨auro⟩ (*an* argento?) ardens *Barthius* || 13 pharus *C* | farnace *N* | cursus *C* | ponte *L* || 14 mauros *C* | hic *L* | hostendebat *B* | hispania *L* || 15 pharsaliam *B* | thapsos (h *corr. ex* a) *B* tharsos *C* | niunda *L* | nusquam *om. B* | et *om. L* || 16 nunc *L* | triumphabant *B* || 17 Hic — reliqua *om. L* || 18 clementiam *L* || 19 ignorauerat *C* | sullam *N* sillam *L* || 20 didicerat generosum timere *C* | pompeius *om. C* | pompei (e *correcta ex* o) *L*

91 parvolis ex Sylla — hic posteris cavebatur. itaque non
ingratis civibus omnes unum in principem congesti honores:
circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona,
suggestus in curia, fastigium in domo, mensis in caelo,
ad hoc pater ipse patriae perpetuusque dictator, novissime,
dubium an ipso volente, oblata pro rostris ab Antonio
92 consule regni insignia. quae omnia velut infulae in de-
stinatam morti victimam congerebantur. quippe clementiam
principis vicit invidia, gravisque erat liberis ipsa bene-
93 ficiorum potentia. nec diutius lata dominatio est, sed
Brutus et Cassius aliique patres consensere in caedem
94 principis. quanta vis fati! manaverat late coniuratio,
libellus etiam Caesari datus eodem die, nec perlitare
centum victimis potuerat. venit in curiam tamen ex-
95 peditionem Parthicam meditans. ibi in curuli sedentem
eum senatus invasit, tribusque et viginti volneribus ad
terram datus est. sic ille, qui terrarum orbem civili
sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo curiam
implevit.

XIIII. RES SVB CAESARE AVGVSTO.

IIII, 3 Populus Romanus Caesare et Pompeio trucidatis redisse
2 in statum pristinum libertatis videbatur. et redierat, nisi
aut Pompeius liberos aut Caesar heredem reliquisset, vel,
quod utroque perniciosius fuit, si non collega quondam,

1 et paruulus *B* cum patruolis (e *sup.* o *m. 2*) *N* cum patruelis *L*: *corr. Perizonius* (parvulis) | exylla *BL* exsulla *N* ‖ 2 unum *om. B* usum (s *sup. vers. inter* u *et* m *m. 2*) *N* ‖ 3 inmagines *B* ‖ 4 curia (u *m. 1 correcta ex* o) *B* ‖ 6 uolente *om. B* ‖ 8 mortui *B* | uictimã (*lineola m. 1*) *B* ‖ 9 grauisque *bis, sed prius erasum N* ‖ 10 dilata dominatio *B* uilatio donata *N* dilatio donata *L*: *corr. Halmius* dilata coniuratio *idem* ‖ 11 aliique (*posterior* i *supra versum m. 1*) *B* | patres (s *add. m. 1*) *B* patricii *N* patri *L* | consensere (re *add. m. 1*) *B* ‖ 12 fati (i *correcta ex* a) *L* ‖ 13 cesaris *L* ‖ 14 expiditionem *L* ‖ 15 curuli (*posterior* u *m. 1 correcta ex* o) *B* curulis *C* ‖ 16 uulneribus *BL* | at *B* ‖ 17 illi *N* ‖ 18 inpleuerat *N* ‖ 19 cunam *L* ‖ 20 CAE SAR AU · GUS TUS ·. *N* DE CESARE AVGVSTO *L* ‖ 22 pristinae *C* ‖ 23 ad pompei *B* ‖ 24 collegam (m *deleta*) *B*

mox aemulus Caesarianae potentiae, fax et turbo sequentis
saeculi superfuisset Antonius. quippe dum Sextus paterna 3
repetit, trepidatum toto mari; dum Octavius mortem patris
ulciscitur, iterum fuit movenda Thessalia; dum Antonius 4
varius ingenio aut successorem Caesaris indignatur Octa-
vium aut amore Cleopatrae desciscit in regem ** nam
aliter salvus esse non potuit, nisi confugisset ad servitutem.
gratulandum tamen ut in tanta perturbatione est, quod 5
potissimum ad Octavium Caesarem Augustum summa rerum
redit, qui sapientia sua atque sollertia perculsum undique
ac perturbatum ordinavit imperii corpus, quod haut dubie 6
numquam coire et consentire potuisset, nisi unius prae-
sidis nutu quasi anima et mente regeretur. Marco Antonio 7
Publio Dolabella consulibus imperium R. iam ad Caesarem
transferente fortuna varius et multiplex motus civitatis
fuit. quodque in annua caeli conversione fieri solet ut 8
mota sidera tonent ac suos flexus tempestate significent,
sic tum Romanae dominationis id est humani generis con-
versione penitus intremuit omnique genere discriminum,
civilibus externis servilibus terrestribus ac navalibus bellis
omne imperii corpus agitatum est.

1 caesareanae *B* caesarianae (i *in* e *mutavit m. 1, ut videtur*) *N* | potentiam *B* | turbos (s *erasa*) *B* ‖ 3 mari (ri *correctum ex* ris) *B* ‖ 5 uario *B* | indignantur (*ultimam* n *delevit m. 1*) *B* ‖ 6 amorē (*virgula erasa*) *B* amorem *N* | *post* regem. *spatium vacuum octo circiter litterarum B* in reginam ** aliter *Iahnius* in regem, populus Romanus aliter *Freinshemius* ‖ 8 ut *om. C* | 9 potissim|mum *B* | Augustum *del. Freinshemius* | rerum (*posterior* r *correcta ex* g) *B* ‖ 10 redit *B* rediit *C* | Adque *B* | sollertia (*posterior* l *supra versum m. 1*) *B* solertia *N* ‖ 11 hac *B* | haut *B* ita ut *N* ita aut *L* ‖ 12 nunquam *L* ‖ 13 mentem *B* ‖ 14 cæsares *C* ‖ 15 transferentem *B* | ciuitatis motus *L* | motis *B* ‖ 16 conuersatione *B* ‖ 17 significent (nt *add. m. 1*) *B* ‖ 18 siccum *C* | humane (e *in* i *correcta*) *B* | conuersatione *B* ‖ 19 petitus *N* ‖ 20 externis seruilibus *om. C* | *ad* servilibus *v. p. 161, 13* ‖ 21 omnem *L*

IIII, 4 XV. BELLVM MVTINENSE.

Prima civilium motuum causa testamentum Caesaris
fuit, cuius secundus heres Antonius praelatum sibi Octa-
vium furens inexpiabile contra adoptionem acerrimi iu-
2 venis susceperat bellum. quippe cum intra octavum de-
cimum annum tenerum et obnoxium et opportunum
iniuriae iuvenem videret, ipse plenae ex commilitio Cae-
saris dignitatis lacerare furtis hereditatem, ipsum insectari
probris, cunctis artibus cooptationem Iuliae gentis inhibere,
3 denique ad opprimendum iuvenem palam arma moliri, et
iam parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus
4 suis Decimum Brutum obsidere. at Octavius Caesar et aetate
et iniuria favorabilis, et nominis maiestate quod sibi in-
duerat revocatis ad arma veteranis, privatus — quis
crederet? — consulem adgreditur, obsidione Mutinae liberat
5 Brutum, Antonium exuit castris. tunc quidem etiam manu
pulcher apparuit. nam cruentus et saucius aquilam a
moriente signifero traditam suis umeris in castra referebat.

XVI. BELLVM PERVSINVM.

IIII, 5 Alterum bellum concitavit agrorum divisio, quod Caesar
2 veteranis patris pretium militiae persolvebat. semper alias

3 sibi antonium *L* ‖ 5 decem et octo annos *C* ‖ 6 et obnoxium *del. Hauptius* [et opportunum]*?* | oportunum *BC* ‖ 7 uideret (t *add. m. 1*) *B* | tis plenae (t *erasa*) *B* · se · plene *L* | excommilitio (c *sup. vers.*) *L* ‖ 8 dignitatis (*ultimam* i *in* e *mut. m. 2*) *N* | laceraret *N* | uiri fortis *B* fortis (o˙ *in* u *mut.*) *L* | et heredem et *ante* hereditatem *add. B* ‖ 9 probis *L* | artibus . Cumadoptionem *L* | gentis (i *corr. ex* e *m. 1*) *B* ‖ 10 non desineret *ante* denique *add. C* | ad opprimendum (u *corr. ex* e *m. 1*) *B* ad depremendum *N* adprimendum *L* ‖ 11 incisalpina (c *corr. ex* p *m. 1*) *B* ‖ 12 decimum (*1.* m *exp. m. 2*) *N* | obsiderat *B* obsidebat *C: corr. Iahnius* obsidebat . at (*vel* cum) *Halmius* | et *ante* aetate *om. C* ‖ 13 faborabilis *B* | magestate *B* ‖ 15 credere *B* | aggreditur *L* | obsidio *C* | munite *L* ‖ 16 tum *C* ‖ 17 aboriente *B* ‖ 18 humeris *BL* ‖ 20 agrorum (o *correcta ex* a) *L* | quos *C* ‖ 21 ueteranis in castris *C* | soluerat *C*

Antonii pessumum ingenium Fulvia tum gladio cincta virilis
militiae uxor agitabat. ergo depulsos agris colonos in-
citando iterum arma cierat. hic vero iam non privatis, 3
sed totius senatus suffragiis iudicatum hostem Caesar ad-
gressus intra Perusiae muros redegit conpulitque ad ex-
trema deditionis turpi et nihil non experta fame.

TRIVMVIRATVS.

Cum solus etiam gravis paci, gravis rei publicae esset IIII, 6
Antonius, quasi ignis incendio Lepidus accessit. quid
contra duos consules, duos exercitus? necesse fuit venire
in cruentissimi foederis societatem. diversa omnium vota 2
ut ingenia. Lepidum divitiarum cupido, quarum spes
ex perturbatione rei publicae, Antonium ultionis de his qui
se hostem iudicassent, Caesarem inultus pater et manibus
eius graves Cassius et Brutus agitabant. in hoc velut 3
foedus pax inter tres duces conponitur. apud Confluentes
inter Perusiam et Bononiam iungunt manus et exercitus

1 pessimum *BL* pessummum (*1.* m *exp. m. 1*) *N* | ut gladio *B* gladio *C*: *corr. Mommsenus* | virilis audaciae *Anna Fabri* militiae *del. Baehrensius* virilem militiam [uxor]*?* ‖ 3 in arma reuocauerat *B* in arma ierat (íerat *N*) *C: corr. Hauptius* in arma rem vocaverat *Baehrensius* | Hi *L* | non *om. B* ‖ 4 aggressus *L* ‖ 5 redigit *B* redegit (red *correctum ex* per) *L* | cõpulitque *BL* | ad extrema (ad extre *in rasura m. 1*) *N* ‖ 8 grauis paci *om. B* ‖ 9 accersit *N* ‖ 10 cui contra *B*, *ante quae lacunam statuit Iahnius* quid contra - - duos exercitus Caesar? *Graevius* Caesarique uni contra *Hauptius* sic Caesari contra *Baehrensius* duos (s *supra versum m. 2*) *N* | consules duos *om. C* ‖ 11 uiri *ante* federis *add. L* | phoederis *B* | diuersã (*virgula erasa*) *B* | uota incendia (*om.* ut) *C* ‖ 12 cupido (v̄ *supra* o *m. 2*) *N* cupidum · *L* | erat *post* spes *add. B* ‖ 13 perturbatione (ne *add. m. 1*) *B* turbatione *C* | eis *C* | ultionem *B quo recepto* sumendi *ante* qui *add. Halmius* ‖ 14 cesarent *in* cesarem *mut. L* | inuitus peteret manibus *N* ‖ 15 eius *in margine L* | cassius (*prima* s *supra versum*) *B* ‖ 16 phoedus *B* | cõponitur *B* componitur *L* ‖ 17 perusium *B* Petrusiam *Malvasia marmor. Felsin. IIII 2 p. 146* Mutinam *vg.* | inter se *post* consalutant *add. Graevius*

consalutant. nullo bono more triumviratus invaditur, op-
pressaque armis re publica redit Syllana proscriptio, cuius
atrocitas nihil in se minus habet quam numerum centum
4 et quadraginta senatorum. exitus foedi truces miserabiles
toto terrarum orbe fugientium. quis pro indignitate rei
ingemescat, cum Antonius Lucium Caesarem avunculum
suum, Lepidus Lucium Paulum fratrem suum proscripserint?
5 Romae capita caesorum proponere in rostris iam usitatum
erat; verum sic quoque civitas lacrimas tenere non potuit,
cum recisum Ciceronis caput in illis suis rostris videret,
nec aliter ad videndum eum quam solebat ad audiendum
6 concurreretur. haec scelera in Antonii Lepidique tabulis;
Caesar percussoribus patris contentus fuit ideo ne, si
inulta fuisset, etiam iusta eius caedes haberetur.

IIII, 7 XVII. BELLVM CASSI ET BRVTI.

Brutus et Cassius sic C. Caesarem quasi Tarquinium
regem depulisse regno videbantur, sed libertatem, quam
maxime restitutam voluerunt, illo ipso parricidio perdi-
2 derunt. igitur caede perfecta cum veteranos Caesaris,
nec inmerito, timerent, statim e curia in Capitolium con-
fugerant. nec illis ad ultionem deerat animus, sed ducem

2 republica armis *C* | sullana *N* || 3 in séminus *N* insignius *Mommsenus* | quan *L* || 4 et *om.* *C* || 5 orbe terrarum orbe (*prius* orbe *erasum*) *B* | pro quibus *ante* quis *add.* *C* | pro dignitate *C* | rei *om.* *B* || 6 ingemiscat *L* || 7 suum fratrem *C* | proscripserunt (runt *compendio scriptum*) *L* || 8 Nam *ante* romana *(sic) add.* *B* | censorum *N* || 9 lacrimis *B* || 10 recissum *L* | suis (*prior* s *supra versum m. 1*) *B* | uideretur *C* || 12 concurretur *L* | lapidibus *in* lepidique *correxit* *B*[1] || 13 contestus *B* | fuit his quoque nisi *C* fuit, his quoque caesis, ne si inulta fuisset, etiam iusta caedes *vel* fuit, his quoque non caesis, nisi ne si *Sauppius* || 14 multa *L* | eius *om.* *C* || 15 BRVTI (*ante* B *erasa* B) ETCASIJ BELLVM *L* || 16 casius *L* | C. *om.* *B* g. *C* 17 depulisset *B* | uidebatur *B* | sed (d *correcta ex* l) *B* || 20 ecuria (r *correcta ex* s) *B* curia (*om.* e) *N* incuriam (in *expunctum*) *L* | confecerant *L*

nondum habebant. igitur cum appareret, quae strages rei 3
publicae inmineret, displicuit ultio, cum caedes inprobaretur.
igitur Ciceronis consiliis abolitione decreta, ne tamen pub- 4
lici doloris oculos ferirent, in provincias ab illo ipso quem
occiderant Caesare datas, Syriam et Macedoniam con-
cesserant. sic vindicta Caesaris dilata potius quam op-
pressa est.

Igitur iam ordinata magis ut poterat quam ut debebat 5
inter triumviros re publica, relicto ad urbis praesidium
Lepido, Caesar cum Antonio in Cassium Brutumque suc-
cingitur. illi comparatis ingentibus copiis eandem illam, 6
quae fatalis Gnaeo Pompeio fuit, harenam insederant. sed
nec tum inminentia destinatae cladis signa latuerunt. nam 7
et signis insedit examen et adsuetae cadaverum pabulo
volucres castra quasi iam sua circumvolabant, et in aciem
prodeuntibus obvius Aethiops nimis aperte ferale signum
fuit. ipsique Bruto per noctem, cum inlato lumine ex 8
more aliqua secum agitaret, atra quaedam imago se op-
tulit et quae esset interrogata ‘tuus’ inquit ‘malus genius’
ac sub oculis mirantis evanuit. pari in meliora praesagio 9

1 appereret *N* ‖ 2 immineret *N* ĩmineret *L* | caedes — ciceronis *om.* *C* ‖ 3 consulis *C* | Nec *L* ‖ 4 oculos (s *expunxit m. 2*) *N* | sperrent (fer *supra* spe *m. 2*) *N* ferrent *L* ‖ 6 dilatā (*virgula erasa*) *L* | obpressa (b *in* p *mutavit m. 2*) *N* ‖ 8 gitur (*littera initialis non expleta*) *L* | iam *om.* *C* | quam uidebat (*om.* ut) *N* ‖ 9 in trium uiros *C* | res publica *N* ‖ 11 cõparatis *BL* ‖ 12 gneio (i *supra versum m. 1*) *N* | arenam *L* | insederant (n *supra versum*) *B* | ed (*littera initialis non expleta*) *L* ‖ 13 nec tot *B, at v. p. 145, 20* | imminentia *B* inminentia (*ultima* i *supra versum m. 1 et* s *supra* a *m. 2*) *N* | cladis destinatae (*ultimam* e *expunxit* N^2) *C* inminentia *del. Perizonius, at v. p. 160, 4 et 145, 21* destinatae *Halmius, at v. p. 82, 22* | signa *om.* *B* omina *post* tum *eiecto* signa *add. Halmius, an* inminentis destinato cladis signa*?* ‖ 14 et — examen *om.* *C* | assuetae (*prior* s *m. 1 correcta ex* b) *B* assuetae *L* ‖ 15 castra *om.* *B, at v. Plutarchus Brut. 39* | et *om.* *N* ‖ 16 obuius (b *supra versum m. 2*) *N* | aethiope *B* | signum (m *correcta ex* s) *B* ‖ 17 illato *L* ‖ 18 imagos et *in* imago · se *correxit* B^1 | obtulit *B* ‖ 19 quaesset *B* | inquid *B* | genus · *L* ‖ 20 hoc sub *B* hoc et sub *N* Hoc dixit et *L*: *corr. Hauptius* | mirantes (e *in* i *mutavit*

in Caesaris castris omnia aves victimaeque promiserant. sed nihil illo praesentius, quod Caesaris medicus somnio admonitus est ut Caesar castris excederet, quibus capi
10 imminebat; ut factum est. acie namque commissa cum pari ardore aliquamdiu dimicatum foret, et quamvis duces inde praesentes adessent, hinc alterum corporis aegritudo, illum metus ignavia subduxissent, stabat tamen pro partibus invicta fortuna et ultoris et qui vindicabatur, ut exitus proelii docuit. primum adeo anceps fuit ut — par utrimque discrimen — capta sint hinc Caesaris castra, inde
11 Cassi. sed quanto efficacior est fortuna quam virtus! et quam verum est, quod moriens ⟨sapiens⟩ efflavit, non in re, sed in verbo tantum esse virtutem! victoriam illi proelio
12 error dedit. Cassius inclinato cornu suorum cum captis Caesaris castris rapido impetu recipientes se equites
13 videret, fugere arbitratus evadit in tumulum. inde pulvere et strepitu, etiam nocte vicina eximentibus gestae rei sensum, cum speculator quoque in id missus tardius renuntiaret, transactum de partibus ratus uni ex proximis

m. 1) *B* | praesagio (o *correcta ex* a) *B* ppraesagio (*priorem* p *expunxit m. 2 et* a *supra* o *posuit*) *N* ‖ 2 nihil hoc *L* | praestantius *BN*² | omnino *N* ‖ 3 admonitus (d *correcta ex* n) *B* | est *om. BN* ‖ 4 aciẽ (*virgula vel deleta est vel evanuit*) *B* ‖ 5 aliquandiu *BL* | et *om. BN* | quamuis deinde praesentes *N* quamuis duces non esse . presentes *L* ‖ 6 adessent *om. L* | cum alterum *L* ‖ 7 ignauia (g *correcta ex* n) *B* | starent (n *deleta*) *B* starent *C*: *corr. Salmasius* | tam *L* ‖ 8 uindicabantur *L* | ut (*om. B*) exitus proelii (proelij *inserta m. 1 littera* j *N*) docuit *post* discrimen (*vs. 10*): *transposuit Salmasius* primum acies anceps fuit et par utrimque discrimen, ut exitus proelii docuit *Sauppius* ‖ 9 ut *om. N* | et par *L Monac.* ‖ 10 utrumque *BN* utrinque *Palat. Rehd.* utrĩque *L* utrique *Monac.* | sunt: *corr. L. Spengelius* ‖ 11 classi *B* cassii *N* cassius. *L* | et *B* en *Halmius* ‖ 12 et *ante* quod *add. B* | sapiens *addidi, v. p. 150, 11; 161, 5* Brutus *Tollius* | effrauit (l *sup.* r *m. 1*) *N* | non resedet (i *supra 2.* e *m. 2*) in *N* non residet in *L* ‖ 14 errore *B* | captis (s *inseruit m. 1*) *N* ‖ 15 castris *om. L* ‖ 16 tumulum (lum *m. 1 in ras. quattuor circiter litterarum*) *N* | Unde *L* ‖ 17 rei gestae *L* ‖ 18 speculato *L* | nuntiaret *B* enuntiaret *N* ‖ 19 ratũs (*virgula erasa*) *B* ratum *C* | eproximis *L*

auferendum praebuit caput. Brutus cum in Cassio etiam 14
suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide re-
signaret — ita enim non superesse bello convenerat — ipse
quoque uni comitum suorum confodiendum praebuit latus.
quis sapientissimos ac fortissimos viros non miretur ad 15
ultimum non suis manibus usos? nisi hoc quoque ex
persuasione sectae fuit, ne violarent manus, sed in amo-
litione fortissimarum piissimarumque animarum iudicio
suo, scelere alieno uterentur.

XVIII. BELLVM CVM SEXTO POMPEIO.

Sublatis percussoribus Caesaris supererat Pompei do- IIII, 8
mus. alter iuvenum in Hispania occiderat, alter fuga
evaserat contractisque infelicis belli reliquiis, cum insuper
ergastula armasset, Siciliam Sardiniamque habebat. iam
et classe medium mare insederat, o quam diversus a
patre! ille Cilicas extincxerat, hic se piratica tuebatur. 2
Puteolos Formias Vulturnum, totam denique Campaniam
Pontias et Aenariam, ipsa Tiberini fluminis ora populatus
est. subinde congressus Caesaris naves et incendit et
demersit; nec ipse tantum, sed Menas et Menecrates, foeda

1 capud *B* ‖ 2 perdidissent (n *transfixa et erasa*) *B* ‖ 3 non *om.* *C* | superesset *B* persuperesse *N* ‖ 4 quoque (o *supra versum*) *B* ‖ 5 hac *B* | ac fortissimos *om.* *C* ‖ 6 nisi si hoc *N* ‖ 7 suasione *B* persuassione *N* persuasione (o *correcta ex* a) *L* | defuit (*om.* sectae) *C* | uielarent *N* | oblitione *N* abolitione *L* | 8 sanctissimarum *C* | pietatissimarumque *C* pietissimarumque *Monac.* pientissimarumque *vg. de quo vide* ‖ 10 PONPEIO *L* ‖ 11 pompeio *C* pompeii N^1 | domus (s *in ras.*) *B* ‖ 12 in *om.* *N* | his|spania *B* ‖ 13 cui *in* cum *mut.* N^1 ‖ 16 cilicias *N* | extincxerat (c *expunxit m. 2*) *N* extinxerat *BL* | secum *L* | pirata naualis *omissis mediis ad p. 162, 22 N* piratas nauales *omissis mediis ad p. 162, 22 L* | turbatur | per puteolos *B*: *corr. Bezzenbergerus* pirata tuebatur. post Puteolos *Iahnius* hic septus piratica turba turpiter Puteolos *Baehrensius* hic se piratica turba tuebatur. perpetuo Puteolos *Binsfeldus mus. Rhen. XXII (1867) p. 645, at* per *ortum videtur ex* ꝑ n. (= *proprium nomen*), *v. p. 80, 3; 8; 107, 7; de Senecae rec. et emend. p. 19 adn. 14* ‖ 17 tonam *B* ‖ 18 et tenariam *B* ‖ 19 congressas *B* ‖ 20 emersit *B* | mensas *B* | menecratis (i *correcta in* e) foedera (er *erasum*) *B*

servitia, quos classi praefecerat, praedabundi per litora
3 cuncta volitabant. ob haec tot prospera centum bubus
auratis Peloro litavit spirantemque equum cum auro ˙in
fretum misit, dona Neptuno, ut se maris rector in suo
mari regnare pateretur. eo denique discriminum ventum
est ut foedus et pax cum hoste — si modo hostis Pompei
4 filius — tamen feriretur. quantum id, sed breve gaudium
fuit, cum in Baiani litoris mole de reditu eius et bonorum
restitutione convenit, cumque invitante ipso in navem
discubitum est, et ille sortem suam increpitans 'hae sunt'
inquit 'Carinae meae'. haut incomiter, quod cum in
celeberrima parte urbis, Carinis, pater eius habitasset, ip-
5 sius domus et penates in navi penderent. sed † inportu
manes Antonii et Pompeianorum bonorum, quorum sector
ille fuerat, praeda devorata possessio manere non poterat:
detrectare coepit foederis pactum. itaque et ille ad
arma rursus, et totis imperii viribus classis in iuvenem
6 conparata est, cuius molitio ipsa magnifica. quippe inter-
ciso Herculanae viae limite refossisque litoribus Lucrinus
lacus mutatus in portum eique interrupto medio additus
est Avernus, ut in illa aquarum quiete classis exercita
7 imaginem belli navalis agitaret. tanta mole belli petitus
in Siculo freto iuvenis oppressus est magnique famam
ducis ad inferos secum tulisset, si nihil temptasset ulterius;
nisi quod magnae indolis signum est sperare semper.

1 praedendi *B*: *corr. Halmius* ‖ 2 bubus (*posterior* b *correcta ex* d) *B* ‖ 4 hoc putabant *ante* ut *add. B*: *del. Hauptius* ‖ 6 phoedus *B* | ut pax *B* ‖ 8 redditu *B* ‖ 11 inquit (t *correcta ex* d) *B* | meae (*prior* e *supra versum*) *B* | aut *B* | inleceberrima *in* inceleberrima *mutavit* *B*[1] ‖ 13 inportunitate *Iahnius* inportuna auri fames Antonii; *Baehrensius* in pacto non manente Antonio? ‖ 14 sector *B* sectator *B*[1] ‖ 15 praede *B* | consensio *Baehrensius* ‖ 16 phoederis *B* | inille *B*: *correxi, v. p. 174, 13* itum *Halmius* ‖ 17 et intotis *B*: *correxi* et iam totis *Halmius* ‖ 21 auernus (r *supra versum*) *B* | utinillae quarum *B* ‖ 22 agitaret (a *supra* e *m. 2*) *N* | penitus *L* ‖ 23 opraessus *B* | famam (am *supra versum m. 2*) *N* ‖ 24 nihil tulisset *L* | ulterius nihil nisi *N* ‖ 25 speraret *L*

perditis enim rebus profugit Asiamque velis petit venturus 8
ibi in manus hostium et catenas et, quod miserrimum
est fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore
moriturus. non alia post Xerxen miserabilior fuga. 9
quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus
cum sex septemve fugiebat extincto praetoriae navis lu-
mine, anulis in mare abiectis, pavens atque respectans,
et tamen non timens nisi ne periret.

XVIIII. BELLVM PARTHICVM SVB VENTIDIO.

Quamvis in Cassio et Bruto partes sustulisset, in Pom- IIII, 9
peio totum partium nomen abolevisset, nondum tamen ad
pacis stabilitatem profecerat Caesar, cum scopulus et nodus
et mora publicae securitatis superesset Antonius. nec ille 2
defuit vitiis quin periret, immo omnia expertus ambitu
et luxuria primum hostes, deinde cives, tandem etiam
saeculum terrore liberavit.

Parthi clade Crassiana altius animos erexerant civiles- 3
que populi Romani discordias laeti acceperant. itaque ut
prima adfulsit occasio, non dubitaverunt et erumpere ultro
quidem invitante Labieno, qui missus a Cassio Brutoque — 4
qui furor scelerum — sollicitaverat hostes in auxilium.

1 perdidisset *in* perditis et *mutavit* N^2 | progit (g *in* d *mutavit m. 1*) *N* | asiamque (as *in rasura*) *B* | uelit (t *in* s *correxit m. 1*) *B* | uentus *B* ‖ 2 manibus *B* | cathenas *L* ‖ 3 est *om. L* | *post* uiris *verba* ibi inmanus — fortibus uiris (*om.* est) *repetit L* | suppercussore *B* sub percussoribus *L* ‖ 4 Guaius *ante* non *add. L* | xersen *B* xerxen (s *supra posteriorem* x) *L* ‖ 6 portitoriae *B* praetorio *C* | nauis *om. L* ‖ 7 rec|tans *B* ‖ 8 et iam non *Baehrensius* | nisi *om. C* ‖ 9 XVIIII — Quamuis in cas *in rasura* B^1 | PARTKICUM ·,· *N* PARTICVM *L* ‖ 10 impompeio *B* ‖ 11 paratium *L* | abolesset *C* ‖ 12 scopolus *B* ‖ 13 securitatis (ri *supra versum m. 1*) *N* ‖ 14 ambitus *B* ‖ 16 terrore saeculum *B* terræ saeculum *C*: *corr. Halmius* terram et saeculum *Hauptius* | libauit *L* ‖ 17 classiana *B* ‖ 18 populus romanus *B* | regi *ante* itaque *add. B* | ut *supra versum B* ‖ 19 effulsit *L* | et *del. vg.* ‖ 20 brutique *B* ‖ 21 qui feros *B*

et illi Pacoro duce, regio iuvene, dispulerant Antoniana
praesidia; Saxa legatus ne veniret in potestatem gladio
5 impetravit. denique ablata Syria emanabat latius malum
hostibus sub auxilii specie sibi vincentibus, nisi Ventidius,
et hic legatus Antonii, incredibili felicitate et Labieni
copias ipsumque Pacorum et omnem Parthicum equitatum
toto inter Oronten et Euphraten sinu late cecidisset.
6 viginti amplius milium fuit. nec sine consilio ducis, qui
simulato metu adeo passus est hostem castris succedere,
donec absumpto iactus spatio adimeret usum sagittarum.
7 rex fortissime dimicans cecidit. mox circumlato eius per
urbes, quae desciverant, capite Syria sine bello recepta.
sic Crassianam cladem Pacori caede pensavimus.

XX. BELLVM PARTHICVM SVB ANTONIO.

IIII,10 Expertis invicem Parthis atque Romanis, cum Crassus
et Pacorus utrimque virium mutuarum documenta fecissent,
pari rursus reverentia integrata amicitia, et quidem ab
2 ipso foedus Antonio cum rege percussum. sed — immensa vanitas hominis — dum titulorum cupidine Araxen
et Euphraten sub imaginibus suis legi concupiscit, neque

1 pagoro *C* | disputant (n *exp.* *N*²) *C* || 2 xaxa *L* | nec *B* | claudio *B* aclaudio *C*: *corr. Voss.* agladio suo *Palat.* || 3 imperauit *L* | Deinde *L* | siria. *L* | latus *L* | malum (lum *in ras.*) *L* || 4 specie auxilii *L* | auxiliis (s *erasa*) *N* | uentidius (d *m. 1 correcta ex* n) *B* || 5 hinc *C* | legatus (e *correcta ex* i) *B* | labieni (*prior* i *supra versum m. 1*) *B* || 6 copias (s *erasa*) *B* | pagorum *L* | et que tantum *in* et qui tantum *mutavit* *B*¹ || 7 totum *B* | orontẽ et eufratẽ *L* | sinū (*lineola m. 2*) *N* sinum *L* || 9 est *om.* *L* || 10 adsumpto *N* || 11 dimicans (n *supra versum*) *B* | 13 sic (c *supra versum*) *B* | grassianam *B* crasianam *L* | pagoriæ depensauimus *C* || 14 P. PARTHICUM *B* | PARTKICUM · *N* PARTICVM *L* | CUM ANTONIO; *C* || 15 ininuicem *L* || 16 pagorus *BN* pagoriis *L* | utrinque *L* | documenta (cu *supra versum*) *L* | fuissent *Dukerus, v. p. 43, 20* dedissent *Graevius* | 17 ingrata *B* || 18 phoedus *B* | antonio fedus *L* | aπtonio (aπ *in rasura m. 1*) *N* || 19 araxẽ *L* || 20 eufraten *N* eufratẽ *L* | inmaginibus (*tertia* i *ex* a *correcta*) *L*

causa neque consilio ac ne imaginaria quidem belli in-
dictione, quasi hoc quoque ex arte ducis esset oprepere,
relicta repente Syria in Parthos impetum facit. gens 3
praeter armorum fiduciam callida simulat trepidationem
et in campos fugam. et hic statim quasi victor seque-
batur, cum subito nec magna hostium manus ex inproviso
et iam in fessos via sub vespere velut nimbus erupit et
missis undique sagittis duas legiones operuerunt. nihil 4
acciderat in conparationem cladis, quae in posterum diem
imminebat, nisi intervenisset deum miseratio. unus ex
clade Crassiana Parthico habitu castris adequitat et salute
Latine data, cum fidem ipso sermone fecisset, quid im-
mineret edocuit: iam adfuturum cum omnibus copiis 5
regem, irent retro peterentque montis; sic quoque hostem
fortasse non defore. atque ita secuta est minor vis
hostium quam imminebat; adfuit tamen. deletae reliquae 6
copiae forent, nisi urguentibus telis in modum grandinis
quidam forte quasi docti procubuissent in genua milites
et elatis supra capita scutis caesorum speciem praebuissent.
tunc Parthus arcus inhibuit. dein rursus cum se Romani 7
extulissent, adeo res miraculo fuit ut unus ex barbaris
miserit vocem 'ite et bene valete Romani! merito vos
victores fama gentium loquitur, qui Parthorum tela fu-
gistis'. non minor ex via postea quam ab hostibus 8

1 agne (c *sup.* g *m. 2*) *N* | condicione *L* ‖ 2 esset *om. L* | ob-repere *B* ‖ 3 siria *L* | fecit *L* ‖ 4 armorum (*posterior* r *ex* n *corr. m. 1*) *B* | fiduciã (*virgula m. 1*) *B* | simul|ad *B* ‖ 5 et *post* fugam *om. C* | Hęc *L* | uicta se habet. Cum *L* ‖ 6 nec *om. L* | hostium *om. L* ‖ 7 in *om. B* | et *om. B* ‖ 8 suas *B* ‖ 9 incōparationem *B* | gladiis *N* gladii *L* | qui *L* ‖ 10 eminebat *B* | dei *L* | miseratio (e *correcta ex* o) *B* ‖ 12 sermone *om. C* | inmineret *L* | 13 edocuit (e *ex* et *correcta m. 1*) *B* ‖ 14 montes B^1C ‖ 15 sequuta *B* facta *L* ‖ 16 Affuit *L* | deletaeque *N* delecteque *L* ‖ 17 urgentibus *BL* | immodum *L* ‖ 18 quidem (e *in* a *mutavit m. 1*) *B* quadam *C* | forte (s *supra* f *m. 2 ut videtur*) *N* | quasi *om. L* ‖ 19 super *C* | specie *B* ‖ 20 tum *C* | partus *B* | deinde *C* ‖ 21 miraculo (o *m. 1 correcta ex* a) *N* | non *ante* unus *add. C, v. p. 171, 14* ‖ 22 uos (o *correcta ex* i) *L* ‖ 23 tela fertis *L* ‖ 24 minora *B* | ex aqua *N* ex ac *L* | abostibus *B*

accepta clades. infesta primum siti regio, tum quibusdam salmacidae [fluvius] infestiores, novissime quae iam ab invalidis et avide hauriebantur noxiae etiam dulces fuere.
9 mox et ardores per Armeniam et nives per Cappadociam
10 et utriusque caeli subita mutatio pro pestilentia fuit. sic vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua, cum argentum eius passim dolabris concideretur et subinde inter moras mortem a gladiatore suo flagitasset egregius imperator, tandem perfugit in Syriam, ubi incredibili quadam mentis vecordia ferocior aliquanto factus est, quasi vicisset, quia evaserat.

XXI. BELLVM CVM ANTONIO ET CLEOPATRA.

IIII,11 Furor Antonii quatenus per ambitum non poterat interire, luxu et libidine extinctus est. quippe cum post Parthos exosus arma in otio ageret, captus amore Cleopatrae quasi bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat.
2 hinc mulier Aegyptia ab ebrio imperatore pretium libidinum Romanum imperium petit; et promisit Antonius,
3 quasi facilior esset Partho Romanus. igitur dominationem

I 1 excepta *C* | cum *N om. L* ‖ 2 salmacidae fluuius in *B* salmacidis fluuius infestior *C*: *correxit Halmius, cf. Plinius n. h. XXXI 36* | fluuius — noxae *om. B partim in rasura septendecim circiter litterarum partim in margine posuit B*[1] *verbis* festior no *cum margine resectis* | quae iam ab inuālidis *cum margine resecta B* | qui *L* ‖ 3 hauriebat (at *fere evanuit*) *B* hauriebatur *C* | noxae *B*[1] c̃noxie *L* | dulcis *L* | fiere *N* fieret *L* ‖ 4 capadotiam. *L* ‖ 6 desexdecim *L* ‖ 7 et *om. B* | subinde (e *m. 1 corr. ex* o) *B* ‖ 8 adgladiatore *B* agladiotore *L* | efflagitasset *L* ‖ 9 insiriam *L* | Jbi *L* ‖ 10 aliquando (ḍ *in* t *mut. m. 1 et 2*) *N* ‖ 11 uicesset *N* | qui euaserat; *C, at v. Velleius II 82, 3* ‖ 13 quatenus (q *corr. ex* e) *L* | ambitu (per *om.*) *L* | poterat *om. C* | interiret *C* ‖ 14 luxuellibidie (u *supra* x *m. 2 et inter* i *et* e *sup. vers.* n *m. 1*) *N* | cum *ante* exosus *ponit C* ‖ 15 cleopatrę (cle *in rasura m. 1*) *B* ‖ 16 rebus (e *ex* o *correcta m. 1*) *B* ‖ 17 haec *C* | pretium — imperium *om. B* ‖ 18 petiit *Halmius* ‖ 19 felicior *B* | parthos *L* | coepit non sibi *post* igitur *add. B* coepit sibi (*om.* igitur) *I* | damnationem *L*

parare, nec tacite; sed patriae nominis, togae fascium
oblitus totus in monstrum illud ut mente ita amictu quo-
que cultuque desciverat. aureum in manu baculum, ad
latus acinaces, purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis:
† diadema deerat, ut regina rex et ipse frueretur. ad 4
primam novorum motuum famam Caesar a Brundisio
traiecerat, ut venienti bello occurreret, positisque castris in
Epiro omne litus Actiacum Leucada insulam montemque
Leucaten et Ambracii sinus cornua infesta classe suc-
cinxerat. nobis quadringentae amplius naves, ducentae 5
minus hostium; sed numerum magnitudo pensabat. quippe
a senis in novenos remorum ordines, ad hoc turribus at-
que tabulatis adlevatae castellorum vel urbium specie non
sine gemitu maris et labore ventorum ferebantur; quae
quidem ipsa moles exitio fuit. Caesaris naves a binis 6
remigum in senos nec amplius ordines creverant; itaque
habiles in omnia quae usus posceret, ad impetus et
recursus flexusque capiendos, illas gravis et ad omnia
praepeditas singulas plures adortae missilibus, simul rostris,

I 1 tacite (i *inseruit m. 1*) *B* | patriæ (i *sup. vers. m. 1*) *N* | toiæ (g *sup.* i *m. 2*) *N* | fastium *L* ‖ 2 oblitum totum *I* | inmonstrum (t *m. 1 correcta ex* c?) *B* ut monstrum *C* | in mente *B* | mente (*prior* e *correcta ex* o) *L* | animo quoque: *corr. Freinshemius, v. Claudianus in Rufin. II 81* habitu quoque *Baehrensius nov. annal. philol. CV (1872) p. 51* ‖ 3 et cultu *L* | in latus *A* in latere *Iordanis cod. Polling.* ‖ 4 ac in acie *N* accinace *L* | purporea *I* ‖ 5 diadema (i *m. 1 corr. ex* e) *B* | aderat *C* adoratio *Freinshemius* [aderat] *Dukerus* ⟨nec⟩ diadema deerat? | et *om. C* | ad — revomebant (*p. 168, 6*) *om. I* ‖ 8 omne litus Actiacum *om. C* | leucadam *B* laucadam *C*: *correxi* Leucadiam *Iahnius* ‖ 9 leucatem *N* leucatẽ *L* | anbracii *B* ambrachii *L* | intesta *B* ‖ 10 · ccc · *L* ‖ 11 non *ante* minus *del. Titzius, an ante* amplius *transponendum? v. Oros. VI 19, 8* ‖ 12 adenis *B* | innouenos (i *sup. 2.* o *m 2*) *N* | ordines (e *corr. ex* i) *B* ordinibus *C* ‖ 13 alleuate *L* | et urbium *C* | speciem *B* ‖ 15 naues (e *corr. ex* i) *B* | a triremibus in senos *C* ‖ 16 re∗migum *B* | non amplius *L* ‖ 17 inomniaque *B* | poscebat *C* ‖ 18 graues *BN*[2]*L* ‖ 19 adortae (*prior* a *m. 1 correcta ex* o) *B* adoratæ (n *inter* r *et* a *supra versum m. 2*) *N* | tum *ante* rostris *add. C*

7 ad hoc ignibus iactis ad arbitrium dissipavere. nec ulla
re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo quam
post victoriam. quippe inmensae classis naufragium bello
factum toto mari fluitabat, Arabumque et Sabaeorum et
mille Asiae gentium spolia purpura auroque inlita adsidue
8 mota ventis maria revomebant. prima dux fugae regina
cum aurea puppe veloque purpureo in altum dedit. mox
9 secutus Antonius; sed instare vestigiis Caesar. itaque
nec praeparata in Oceanum fuga nec munita praesidis
utraque Aegypti cornua, Paraetonium atque Pelusium,
profuere: prope manu tenebantur. prior ferrum occupavit
Antonius, regina ad pedes Caesaris provoluta temptavit
oculos ducis. frustra quidem; nam pulchritudo infra
10 pudicitiam principis fuit. nec illa de vita, quae offere-
batur, sed de parte regni laborabat. quod ubi desperavit
a principe servarique se triumpho vidit, incautiorem nancta
custodiam in mausoleum se — sepulchra regum sic vocant —
11 recepit. ibi maximos, ut solebat, induta cultus in differto
odoribus solio iuxta suum se conlocavit Antonium, ad-

I 1 iactis dissipare (*om.* ad arbitrium) *praeter* ipare *in rasura* *B* ‖ 2 res *B* ‖ 3 inmensa *N* immensa *L* | naufragio belli facto *C* ‖ 4 mari ferebat *C* | fluitabat · (abat *m. 1 in rasura duarum litterarum et in margine*) *B* | abatarabumque (abat *erasum*) *B* ‖ 5 aliarum *post* mille *add.* *C* | asiaeque (que *erasum*) *B* | Purpuram *L* | aurumque in ripam *C* | assiduę *L* ‖ 6 remouebant *in* revomebant *mutavit* *N*[1] remouebant *BL* | prima diu *L* | reginae *I* ‖ 7 purporeo *A* purpvreo *B*[1] ‖ 8 secutus (c *correcta ex* qu) *B* sequutus *L* ‖ 9 parata *L* | praesidiis (*ultima* i *supra versum m. 1*) *N* presidiis *B* praesidiis *LI* ‖ 10 ęgipti *L* | parathonium *C* ‖ 11 manum *N* | primum *I* | praeoccupauit *Iordanis cod. Laur.* ‖ 13 occulos *L* | quidem *om.* *C* | pulchritudo (i *correcta ex* a) *B* pulchritudo (tu *supra versum m. 1*) *N* | intra: *corr. vg. cf. p. 11, 4* ‖ 14 pulcritudinem principis *B* | uitaque *B* | auferebatur *I* ‖ 16 aprincipe desperauit. *L* | set (t *expunxit m. 2*) *N* | quid et *B* cognouit *I* | nactacus todiam (o *m. 1 correcta ex* e) *B* nacta custodiam *L* ‖ 17 masoleum (u *inter* a *et* s *sup. vers. m. 1*) *B* mausuleum *I* | se *om.* *L* | se regum recepit *reliquis omissis* *I* | sese pulcra *B* | regem *B* | sic *om.* *B* ‖ 18 recipit *BC* | ibique *I* | referto *A* ‖ 19 odoribus (*posterior* o *m. 1 correcta ex* e) *B* | collocauit *C*

motisque ad venas serpentibus sic morte quasi somno
soluta est.
Hic finis armorum civilium, reliqua adversus exteras IIII,12
gentes, quae districto circa mala sua imperio diversis
orbis oris emicabant. nova quippe pax, necdum adsuetae 2
frenis servitutis tumidae gentium inflataeque cervices ab
inposito nuper iugo resiliebant. ad septentrionem con- 3
versa ferme plaga ferocius agebat, Norici Illyrii Pannonii
Delmatae Moesi, Thraces et Daci, Sarmatae atque Germani.

XXII. BELLVM NORICVM.

Noricis animos Alpes dabant, quasi in rupes et nives 4
bellum non posset ascendere; sed omnes illius cardinis
populos, Breunos Vcennos atque Vindelicos, per privignum
suum Claudium Drusum perpacavit. quae fuerit Alpinarum 5
gentium feritas facile est vel per mulieres ostendere, quae
deficientibus telis infantes suos adflictos humi in ora
militum adversa miserunt.

I 1 somnio *Iordanis codd. Heid. Pal. Val.* ‖ 2 uicta est *B* resoluta est *cod. Iordanis Polling.* ‖ 3 armorum — (11) dabant *om. I* ‖ 4 destricto *B* | circã asa sua *B* ‖ 5 horis *L* | quippe (*prior* p *m. 1 correcta ex* d) *B* | assuetę *L Monac. Palat. Voss. Rehd.* adsueta *B N* ‖ 6 inflataeque (*prior* e *supra versum*) *B* | abimposito *L* ‖ 7 cum uersa *L* ‖ 8 ferme (*2.* e *m. 2 corr. ex* i) *N* | noricis *N* Horici. *L* | illirici *L* ‖ 9 misi *B* mysis (oe *sup.* y *et* e *sup.* is *m. 2*) *N* .nisi. *L* | strages *L* | claci *B* | sarmates *N* sarniatę *L* ‖ 10 *om. C* ‖ 11 noras qui in alpibus noricis habitantes credebant quasi *I* | noricis (o *sup. 2.* i *m. 2*) *N* | dabant alpes *L* | dabant — rupes *om. N* | quasi in rupes *om. L* | quod *post* niues. *add. L* ‖ 12 sed mox omnis *I* | cardinis (*2.* i *m. 1 corr. ex* e) *N* ‖ 13 brennos *A* | teutonius *ante* cennos *add. I* | cennos *B* scennos *C*: *correxi, cf. Plin. n. h. III 137 et C. I. L. V 7817* Genaunos *Tollius ex Horatii carm. IV 14, 10* | uendilicos *I* | per eodem gladio caesarem romanus uicit exercitus *I* | priuingnum *L* ‖ 14 claudium (*prior* u *supra versum*) *B om. L* | pacavit *B* | tamen *post* quae *add. I* | fuit *C* | albidarum *N* calidarum *L* ‖ 15 est *om. C* | per *om. C* | hostendere (h *erasa et* s *m. 1 correcta ex* r, *ut videtur*) *B* ‖ 16 infantes ipsos *C* | afflictos *L* | humi *I om. B* humano *N* inhumane *N*[2] humo *L*

XXIII. BELLVM ILLYRICVM.

6 Illyri quoque sub Alpibus agunt imasque valles earum
et quaedam quasi claustra custodiunt abruptis torrentibus
inplicata. in hos expeditionem ipse sumpsit fierique
7 pontes imperavit. hic et aquis et hoste turbantibus cunc-
tanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit et viam
primus ingressus est. tum agmine secuto cum subrutus
multitudine pons succidisset, saucius manibus et cruribus,
speciosior sanguine et ipso periculo augustior terga hostium
percecidit.

XXIIII. BELLVM PANNONICVM.

8 Pannonii duobus acribus fluuiis, Dravo Savoque val-
lantur. populati proximos intra ripas se recipiebant. in
hos domandos Vinnium misit. caesi sunt in utrisque
9 fluminibus. arma victorum non ex more belli cremata,

I 1 *om.* *C* ‖ 2 nec minores his saeuitia illyri pariter accenduntur. contra quos ipse augustus e uicino egressus pontem, unde aquas transiret, fieri imperauit. dumque aquis et hostibus ad ascensum milites turbarentur, scutum ipse rapuit *I* | illirii *B* Illirii *L* | immasque *L* | earum adquaedam *L* ‖ 3 quasi (i *add. m. 1*) *B* | daustra *B* | abruptis (b *m. 1 corr. ex* d) *B* ‖ 4 inplicati *N* impliciti *L* | hos (h *sup. vers.*) *B* | fierique (*prior* i *sup. vers. m. 1*) *B* ‖ 5 hic seet *N* Hic ÷ sé et *L* ‖ 6 et inuia primus *C* [et] in via primus [ingressus est]? ‖ 7 ingressus est *om. C* | tunc *C* | acgmine *L* | sequto *L* | lubricus *N* illiricus *L* subruptus *I* ‖ 8 sputi (s *sup. vers. m. 2*) *N* pontem *L* | succedisset (*priorem* e *exp. et* i *supra pos. m. 1*) *N* | sauciis *AL* saucis *N*: *corr. vg.* | ac cruribus *C nescio an recte* ‖ 9 specior *B cod. Iordanis Laur.* speciosiore (*posteriorem* e *expunxit m. 2*) *N* spetiosiore *L* | ipse periculi *I* | auctior *A* | terga (g *m. 1 correcta ex* c) *B* | ostium cecidit *I* ‖ 11 *om. C* ‖ 12 uero *ante* duobus *add. I* | duobus saltibus ac tribus fluuiis (fluuius *L*) *C* | acribus (c *m. 1 correcta ex* g) *B* | drao *I* | uallantur (*prior* u *m. 1 in rasura*) *B* uallabantur *L* ‖ 13 populati — recipiebant *om. I* | contra quos duennium misit, qui eos plus uelociter uicit, quam eorum flumina cursu rapido currunt *I reliquis usque ad finem aut in brevius coactis aut omissis* ‖ 14 domandos (om *m. 1 correctum ex* on) *B* | uinnium (*prior* u *m. 1 in rasura*) *B* | utrisque (ris *m. 1 in rasura*) *B*

set rupta sunt et in profluentem data, ut Caesaris nomen eis qui resistebant sic nuntiaretur.

XXV. BELLVM DELMATICVM.

Delmatae plerumque sub silvis agebant; unde in latro- 10
cinia promptissimi. hos iam pridem Marcius consul in- 11
censa urbe Delminio quasi detruncaverat, postea Asinius
Pollio gregibus armis agris multaverat — hic secundus
orator — sed Augustus perdomandos Vibio mandat, qui 12
efferum genus fodere terras coegit aurumque venis repur-
gare. quod alioquin gens omnium cupidissima eo studio,
ea diligentia anquirit ut illud in usus suos eruere videatur.

XXVI. BELLVM MOESICVM.

Moesi quam feri, quam truces fuerint, quam ipsorum 13
etiam barbari barbarorum horribile dictu est. unus ducum 14
ante aciem postulato silentio 'qui vos' inquit 'estis?' re-
sponsum invicem 'Romani gentium domini.' et ille 'ita'
inquit 'fiet, si nos viceritis.' accepit omen Marcus Crassus. 15

I 1 sed *C* | capta: *correxi* fracta *Perizonius* | et *om. N* | profluente *B* profluentes *C* | ut ceteris *C* | nomen eis *om. C* || 2 uictoria *ante* sic *add. C* || 3 XXV B › DELMATICUM — incensa urbe (*vs. 5*) *omissa in spatio vacuo relicto supplevit B*[1] XXV BELLVM DELMATICVM *om. C* || 4 inde *C* || 5 promtissimi *L* | quidem *C* | marcus *B*[1] | consul *om. C* || 6 deiminio *B* | detruncauerat (at *in rasura m. 1*) *B* | ásinius *L* || 7 armis. (i *correcta ex* a) *L* | hic secundus orator *induxit Freinshemius, at Quintil. X 1, 113 secundo illum post Ciceronem loco ponit* || 8 etadgustus *B* | perdomando suibio *in* perdomando suebio *mut. B*[1] | ubio *N* iubio *L* || 9 efferrum *L* | efferrum genus (um genus *ex* unigenus *corr. m. 1*) *B* | cogit *L* | uenisque *L* | repurgare (*2.* r *sup. vers.*) *B* repugnare *L* || 10 stupidissima *Graevius* | eo studio ea *B* studiosa *C* || 11 adquirit: *corr. Vinetus* | illut *N* | seruare *C* || uideantur (n *supra versum*) *B*[2] uideatur *B C* || 12 *om. C* | MYSICUM *B* || 13 Mysi *B N* Moesi *N*[2]*I* Misi *L* | fuerunt *B* erant *I* || 14 dictum *N* | ut *ante* unus *add. I* || 15 inquid (inquit *B*) *post* estis *A om. L* || 16 Romani (o *correcta ex* a) *L* | illi *C* || 17 inquiet *N* inquiunt *N*[1]*L* | fiet inquid *I* | fiet *om. L* | omnes *L* | marcus *Monac.* marcius *B N* martius *L* | grassus *B*

illi statim ante aciem immolato equo concepere votum
16 ut caesorum extis ducum et litarent et vescerentur. deos audisse crediderim: nec tubas sustinere potuerunt. non minimum terroris incussit barbaris Cornidius centurio satis barbarae, efficacis tamen aput tales homines stoliditatis, qui foculum gerens super cassidem agitatum motu corporis flammam velut ardenti capite funditabat.

XXVII. BELLVM THRACICVM.

17 Thraces antea saepe et tum maxime Rhoemetalce rege desciverant. ille barbaros et signis militaribus et disciplina, armis etiam Romanis adsueverat; set a Pisone perdomiti in ipsa captivitate rabiem ostendere. quippe cum catenas morsibus temptarent, feritatem suam ipsi puniebant.

I 2 exitus *B* ‖ 3 crediderim (re *correctum ex* e) *L* | nec classicum audire ualuerunt. sic a marcio superati sunt. *I* | tubas (s *add. m. 1*) *B* tubam *C* | sustinere (re *add. m. 1*) *B* ‖ 4 incussit (*prior* s *correcta ex* r *m. 1*) *B* | chornidius (h *supra versum*) *B* chonidius *C* Comidius *Mommsenus*, Cortidius (*C. I. L. VIII 979*) *vel* Considius? ‖ 5 apud pares *C* | stoliditates (e *in* i *mutata*) *B* stodilitatis *in* stoliditatis *mutavit* *N*[1] stoliditas *L* ‖ 6 gerens (rens *m. 1 in rasura*) *B* gerens (n *supra versum*) *L* | suscitatam motu *C* ‖ 7 fundebat *C* ‖ 8 *om. C* | TRACHICUM (H *expuncta*) *B* ‖ 9 Thraces *om. C* | cum *ante* antea *add. Halmius* autem *add. I* et *ante* tum *Iahnius* | ANTEASSERE GŨMAXI ME DICITUR · DESCIUERANT ILLE ·,· *N* Ante hos ∸ stragum maxime populus desciuerat ille *L* | tunc tamen romaetalca regnante sibi a romanis disciscunt. nam is barbaros *I* | rhemetalce *B* romaetalca *I* ‖ 10 Barbarus *C* | et disciplina et signis militaribus *I* ‖ 11 armis etiam romanis *om. I* | assuerat *L* | sed *CI* ‖ 12 ostendebant *I* ‖ 13 nam catenas quibus legati erant morsibus uellicantes *I* | morsibus (*prior* s *supra versum m. 1*) *N* | ipsis *L* ‖ 14 puniebant (*posterior* n *supra versum*) *B*

XXVIII. BELLVM DACICVM.

Daci montibus inhaerent. inde Cotisonis regis imperio, 18
quotiens concretus gelu Danuvius iunxerat ripas, decurrere
solebant et vicina populari. visum est Caesari Augusto 19
gentem aditu difficillimam summovere. misso igitur Len-
tulo ultra ulteriorem perpulit ripam; citra praesidia con-
stituta. sic tum Dacia non victa, sed summota atque
dilata est.

XXVIIII. BELLVM SARMATICVM.

Sarmatae patentibus campis inequitant. et hos per 20
eundem Lentulum prohibere Danuvio satis fuit. nihil
praeter nives pruinasque et silvas habent. tanta barbaria
est ut nec intellegant pacem.

XXX. BELLVM GERMANICVM.

Germaniam quoque utinam vincere tanti non putasset! 21
magis turpiter amissa est quam gloriose adquisita. set 22
quatenus sciebat patrem suum C. Caesarem bis transvectum

1 *om. C* ‖ 2 daciam quoque ultra danubium sitam exindeque saepius dacos gelato danubii alueo ad furta in romania transeuntibus lentulo misso uicit expulit atque subegit *I* | inde *om. C* | gotisoni (*punctum post 1.* i *inseruit m. 1*) *B* ‖ 3 concretus (con *erasum*) *B* congregatus *L* | danubius *L* | discurrere *L* ‖ 4 uiciniam *L* | aut *in* aug *mutavit* B^1 ‖ 5 dificilimam *B* dificillimam *N* ‖ 6 reppulit (*posterior* p *supra versum m. 1*) *N* reppulit *L* | cithra (h *supra versum*) *L* | constitit *N* constituit *L* ‖ 7 tunc *C* ‖ 8 deleta *B* dilatata *L* ‖ 9 *om. C* | XXVIIII — intellegant pacem *om. B in spatio vacuo relicto supplevit* B^1 ‖ 10 sarmatas quoque per eundem lentulum ultra danubium pepulit. qui nihil aliud ubi degunt praeter niues *I* | iacentibus *B* | inequitant (in *supra versum m. 1*) *N* ‖ 11 danubio *C* ‖ 12 niues rarasque siluas *C* | tantaque barbaries in illis est *I* ‖ 13 ut pacem non intellegant (intelligant *L*) *C* ‖ 14 *om. C* ‖ 15 Germania *L* | uinceret anti *B* uinceret tanti *N* ‖ 16 adquisitas et *in* adquisita set *mutavit* B^1 | sed *C* ‖ 17 patroni suum *B* | C. *om. C* | transacto *L*

ponte Rhenum quaesisse bellum, in illius honorem con-
cupierat facere provinciam; et factum erat, si barbari tam
vitia nostra quam imperia ferre potuissent.
23 Missus in eam provinciam Drusus primos domuit Vsi-
petes, inde Tencteros percucurrit et Catthos. nam Mar-
comannorum spoliis et insignibus quendam editum tumulum
24 in tropaei modum excoluit. inde validissimas nationes
Cheruscos Suebosque et Sygambros pariter adgressus est,
qui viginti centurionibus in crucem actis hoc velut sacra-
mento sumpserant bellum, adeo certa victoriae spe ut
25 praedam in anticessum pactione diviserint. Cherusci
equos, Suebi aurum et argentum, Sygambri captivos ele-
gerant; sed omnia retrorsum. victor namque Drusus equos
pecora torques eorum ipsosque praedam divisit et vendidit.
26 praeterea in tutelam provinciae praesidia atque custodias
ubique disposuit per Mosam flumen, per Albin, per Visur-
gin. in Rheni quidem ripa quinquaginta amplius castella
direxit. Bormam et Gesoriacum pontibus iunxit classibus-
27 que firmavit. invisum atque inaccessum in id tempus
Hercynium saltum patefecit. ea denique in Germania pax

1 pontem (m *expunxit m. 2*) *N* | rheno C | concupiit *C* ‖ 2 barbaricam uitia *B* ‖ 3 quam imperia *om. B* ‖ 4 primos (o *corr. ex* u) *B* | domum isipetes *in* domuit isipetes *corr. B*[1] | 5 indet (t *erasa*) *B* | cenceros *B* ceteros *C* | percurrit *BL* | tactos *C* | marchomannorum *N* ‖ 6 et *om. C* ‖ 7 introphei *L* ‖ 8 cherus chos *B* | suebosque (*priorem* s *add. m. 1*) *B* | sic*ambros *B* sicambros *L* | aggressus *L* ‖ 9 centurionibus incrematis *C* | hactis *B* | uelud *L* ‖ 10 certae *B* | uictoriam *in* uictoriae *correxit B*[1] | 11 praedam ante pactionē (*virgulam add. m. 1, om.* in anticessum, *at v. p. 132, 12*) *B* praedam inanticessum (*om.* pactione) *L* | diuiserunt *B* diuiderent *L* ‖ 12 sicambri *B* sycambri *L* | 14 torquens *L* | præda *C* | et *post* uendidit *add. B* ‖ 15 tutellam *B* | prouintiarum *L* ‖ 16 ubique** *B* | permusam (r *sup. vers. m. 2*) *N* | albium *N* alpium *L* | peruisurginam *C* ‖ 17 Per rheni *L* | ripam *L* | quingenta *N* ‖ 18 bonam *C* | caesoria cum *B* gesogiam cum *N* genosoniam (no *expunctum*) cum *L* | uinxit *L* | classibusque (*prima* s *sup. vers. m. 1*) *B* cladibusque *L* ‖ 19 inacessum *B* inaccessum (in *in marg. m. 2*) *N* | in id tempus *om. L* ‖ 20 hercynium (c *m. 1 correcta ex* g) *B* hercinium *L* | patefecit (c *m. 1 correcta ex* g) *L* | pax ingermania *L*

erat, ut mutati homines, alia terra, caelum ipsum mitius
molliusque solito videretur. denique non per adulationem, 28
sed ex meritis, defuncto ibi fortissimo iuvene, ipse, quod
numquam alias, senatus cognomen ex provincia dedit.
Sed difficilius est provincias optinere quam facere; 29
viribus parantur, iure retinentur. igitur breve id gaudium. 30
quippe Germani victi magis quam domiti erant moresque
nostros magis quam arma sub imperatore Druso suspicie-
bant; postquam ille defunctus est, Vari Quintilli libidinem 31
ac superbiam haut secus quam saevitiam odisse coeperunt.
ausus ille agere conventum, et † incauto sedixerat, quasi
violentiam barbarum lictoris virgis et praeconis voce
posset inhibere. at illi qui iam pridem robigine obsitos 32
enses inertesque maererent equos, ut primum togas et
saeviora armis iura viderunt, duce Armenio arma corri-
piunt; cum interim tanta erat Varo pacis fiducia ut ne 33
prodita quidem per Segesten unum principum coniuratione
commoveretur. itaque inprovidum et nihil tale metuentem 34
ex inproviso adorti, cum ille — o securitas — ad tribunal
citaret, undique invadunt; castra rapiuntur, tres legiones

1 terra alia *L* | ipsum *in rasura B* ‖ 3 sed *om. C* | ipsi: *corr. Perizonius* | 4 nunquam *L* | alias — (*vs. 8*) druso *incipiente pagina om. B* ‖ 5 obtinere *B* ‖ 6 fuit *post* gaudium *add. N* ‖ 8 suscipiebant *N* susceperant *L* ‖ 9 quintilli *B* quinti *C* ‖ 10 hac *B* | haud *C* ‖ 11 incastos sedi rexerat *N* incastris se direxerat *L* in castris ius dicebat *Stadius* in castris sedem erexerat *G. Vossius* incautius edixerat *Halmius* — et in Catthos (*vel* Chaucos) edixerat —? *cf. Liv. XXVI 51, 10* ‖ 12 uiolentia *B* | ebarbarorum *N* barbarorum *L* | litoris *B* lictoriis *Freinshemius* | uocē (*virgula sup.* e *deleta est aut evanuit*) *N* ‖ 13 at *in ras. B* ad (d *in* t *mut. m. 2*) *N* | qui *om. L* | robigine (o *in* v *mut. m. 2*) *N* rubigine *L* | oblitos *BN* oblitas *L*: *corr. Rehd.* ‖ 14 ererent *N* ‖ 15 segniora *L* | armenio *C* ar meno *B*, *v. Strabo VII 291 sq., Dio Cassius LVI 19* | corripuint *B* ‖ 17 perdita quidem aut prodita *B* ne praedicta quidem et prodita *C*: *corr. Iahnius* | segentem *B* segestē *L* | unius (i *supra versum*) *B* | coniurationē (*virgula erasa*) *B* cum iuratione *L* ‖ 18 improdum *L* ‖ 19 ex *om. C* | inproauiso (*posterior* i *supra versum*) *B* improuisio (ui *supra versum*) *L* ‖ 20 rapiunt *C* | tres — patronos (*p. 176, 5*) *in spatio vacuo relicto B*[1] | treslegiones (*prior* s *supra versum m. 2*) *N*

35 opprimuntur. Varus perditas res eodem quo Cannensem
36 diem Paulus et fato est et animo secutus. nihil illa caede
per paludes perque silvas cruentius, nihil insultatione
barbarum intolerabilius, praecipue tamen in causarum
37 patronos. aliis oculos, aliis manus amputabant, uni os
obsutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens bar-
38 barus ‘tandem’ ait ‘vipera sibilare desisti.’ ipsius
quoque consulis corpus, quod militum pietas humi ab-
diderat, effossum. signa et aquilas duas adhuc barbari
possident, tertiam signifer prius quam in manus hostium
veniret, evolsit mersamque intra baltei sui latebras gerens
39 in cruenta palude sic latuit. hac clade factum ut im-
perium, quod in litore Oceani non steterat, in ripa Rheni
fluminis staret.

XXXI. BELLVM GAETVLICVM.

40 Haec ad septentrionem. sub meridiano tumultuatum
magis quam bellatum est. Musulamos atque Gaetulos,
accolas Syrtium, Cosso duce compescuit; unde illi Gaetulici

1 perdi castra eodem *B* perdita castra eodem *Halmius* | canensem *C* ‖ 2 diem potuisse (o *correcta ex* a *m. 1*) fassus est ex animo *B* | sequutus *B* ‖ 3 pauludes *L* ‖ 4 barbarorum *BL* | intolerantius *N* *nescio an recte* ‖ 5 unius os sutum *C* | ôs *B*· | 6 recisa (cisa *m. 1 in rasura trium litterarum*, *quarum prima* g *fuit*) *B* | inmanis *in* inmanu *mutavit* *B*¹ ‖ 7 inquit *N* inquid *L* | desiste *C* ‖ 8 consulis (i *correcta ex* e) *B* cumsulis *L* | humanius (*virgulam* us *significantem add. m. 2*) *N* | abdiderant *L* ‖ 9 effossum (ss *in rasura m. 1*) *B* | adhuc (h *supra versum*) *B* | et *ante* barbari *add.* *C* ‖ 10 signifer (n *supra versum*) *B* signi feri *N* | inmanus *supra versum* *B*¹ im manus *N* ‖ 11 euulsit *BL* euolsam *N*² | baltei (b *m. 1 correcta ex* u) *B* ‖ 12 est *post* factum *add.* *C* ‖ 13 inlittore *L* | Oceani constiterat *Baehrensius* | ripa·(p *m. 1 corr. ex* d) *B* | reni *B* ‖ 14 fluminis (is *m. 1 corr. ex* e) *B* ‖ 15 *om.* *C* ‖ 16 Hec — fuit *in spatio vacuo relicto supplevit* *B*¹ ‖ 17 magis (g *m. 2 correcta ex* c) *N* | musalanos *B*¹ musulamos (o *ex* u *correcta m. 2*) *N* Musulamas *L*, *v. Plin. n. h. V 30* Musulamii *vocantur C. I. L. VIII 270, 10667* | getulas *L* ‖ 18 adcolas *N* | surtium *N* sirtium *L* | cossode *B*¹ | cōpescuit *C* | gaetuli (a *supra versum*) qvum (q *correcta ex* c *et* v *supra versum*) *B*¹

nomen latius quam ipsa victoria. Marmaridas atque Gara- 41
mantas Quirinio subigendos dedit. potuit et ille redire
Marmaricus, sed modestior in aestimanda victoria fuit.

XXXII. BELLVM ARMENICVM.

Ad orientem plus negotii cum Armeniis. huc alterum 42
ex Caesaribus, nepotibus suis, misit. ambo fato breves,
set alter inglorius. Massiliae quippe morbo Lucius sol-
vitur, in Syria Gaius ex volnere occubuit, cum Armeniam
ad Parthos se subtrahentem recepit. Armenios victo rege 43
Tigrane in hoc unum servitutis genus Pompeius adsue-
verat, ut rectores a nobis acciperent. intermissum ergo
ius per hunc recuperatum non incruento, nec multo
tamen certamine. quippe Donnes, quem rex Artageris 44
praefecerat, simulata proditione adortus virum intentum
libello, quem ut thensaurorum rationes continentem ipse
porrexerat, stricto repente ferro subiit. et tunc quidem

1 nomen] eis B^1 | clarius quam pro ipsa victoria *Bezzenbergerus* | quam *om.* *N* | ipsa *om.* *C* | patet *post* uictoria *add.* *C* victoria . pariter *Iahnius* | B' MARCOMANNICUM *ante* Marmarici (*sic*) *add.* *B* | garamantes *A* ‖ 2 quirino *Rehd.* quirjnio *N* *om. spatio relicto* *B* curinio *L* *Voss. Monac. Palat.* Cornelio *Nipperdeius Philol. I [1846] p. 670* | subegendos *B* | post et ille B^1 ‖ 3 marmaricus *spatio relicto om.* *B* | una estimanda B^1 ‖ 4 *om.* *C* XXXIII *B* ‖ 6 uis *B* ‖ 7 sed *L* | massiniæ *C* | lucius mormo (b *supra posteriorem* m *m. 2*) *N* lutius morbo *L* ‖ 8 siria *L* | ex uulnere *B* exulilnere *L* | occubuit *om.* *C* | armenia *B* ‖ 9 subtraente *B* subtraentem *N* | ipsos *ante* recepit *add.* *B* in ius recepit *Iahnius* | recipit *N* | uictor gentis tigranen|in *B* | armoenios *B* ‖ 10 hunum *L* | gneus *L* | atsueuerat *B* adseuerat *N* asseuerat *L* ‖ 11 reciperent (re *in* ac *mutavit m. 1*) *N* ‖ 12 perhunc *om.* *L* | recuperatum (t *correcta ex* r) *B* reciperatum (v *supra* i *posuit m. 2*) *N* | incruento (in *supra versum m. 1*) *N* | ulto *B* | multa *L* ‖ 13 tame *B* | quippe (*prior* p *m. 2 in rasura*) *N* | dones *B, at v. Rufus 19* | artaxer ser par this *B* artaxatis *N* artasatis *L*: *corr. G. Vossius* Artageris ex Parthis *Iahnius et Halmius* ‖ 14 adhortus *B* | utrum *N* ‖ 15 thensaurorum (n *expunxit m. 2*) *N* thesaurorum *L* ‖ 16 scripto *in* stricto *mutavit* B^1 | strictos (v *supra* o *m. 2*) *N* | repente — caesar *om.* *C* | repente (p *in rasura m. 1*) *B*

45 Caesar recreatus est ex vulnere in tempus, set**. ceterum
barbarus undique infesto exercitu oppressus gladio et pyra,
in quam se percussus inmisit, superstiti etiam nunc Cae-
sari satisfecit.

XXXIII. BELLVM CANTABRICVM ET ASTVRICVM.

46 Sub occasu pacata erat fere omnis Hispania, nisi quam
Pyrenaei desinentis scopulis inhaerentem citerior adluebat
Oceanus. hic duae validissimae gentes, Cantabri et Astures,
47 immunes imperii agitabant. Cantabrorum et prior et
acrior et magis pertinax in rebellando animus fuit, qui
non contenti libertatem suam defendere proximis etiam
imperitare temptabant Vaccaeosque et Turmogos et Autri-
48 gonas crebris incursionibus fatigabant. in hos igitur, quia
vehementius agere nuntiabantur, non mandata expeditio,
sed sumpta est. ipse venit Segisamam, castra posuit, inde
tripertito exercitu totam Cantabriam amplexus efferam
49 gentem ritu ferarum quasi quadam cogebat indagine. nec
ab Oceano quies, cum infesta classe ipsa quoque terga

1 arrecreatus (c *supra primam* r *m. 2*) *N* sare creatus *L* | recreatus — profundo (*p. 181, 6*) *scripsit* B^1 | Caesar recreatus ex vulnere in tempus regressus in Syriam occubuit *ex Rufo Sauppius* | est *om. L* | ex *om.* B^1 | in tempore *L* | et B^1 *om. C: corr. et lacunam indicavit Iahnius, v. Rufus l. c. et Velleius II 102* ‖ 2 oppressius *L* | pira *L* ‖ 3 percussu* (*erasa* m) *B* | summisit B^1 immisit *L* | etiannum *N* etiam non *L* ‖ 5 *om. C* | XXXIIII B^1 ‖ 6 fere erat *C* | hyspania B^1 ‖ 7 pyrinei *N* pyreneis N^2 pyrenei (*prior* e *corr. ex* i) *L* | abluebat B^1 alluebat *L* ‖ 10 altior *C* ‖ 11 continenti (ine *expunxit m. 2*) *N* ‖ 12 imperitate *L* | uacœosque B^1 | curmogos *N* curgomos. *L* | aurigantes B^1 aurigonas *C: corr. Salmasius* ‖ 13 qua B^1 ‖ 14 nuntiabatur B^1 | non est expeditio mandata sed sumpta B^1 ‖ 15 segis samam *N* | castram (m *expunxit m. 1*) *N* | possuit *N* | inde (e *corr. m. 2 ex* i) *N* ‖ 16 pertito *N* perdito *L* | totam indiem (*sequitur ras. octo vel novem litterarum, quarum ultima fortasse* s *erat N*) amplexus cantabriam *C* ‖ 17 quasi indagine bellabat nec *N* quasi indagine debellabat nec *L* ‖ 18 abocceano *L* | qui|*es *N* | cum *in* quum *mutavit* B^1 | infeta *N* | terga quoque *L*

hostium caederentur. primum adversus Cantabros sub
moenibus Bergidae proeliatum. hinc statim fuga in
eminentissimum Vindium montem, quo maria prius Oceani
quam arma Romana ascensura esse crediderant. tertio 50
Aracelium oppidum magna vi repugnat; captum tamen
postremo fuit Medulli montis obsidio, quem perpetua XV
milium fossa conprehensum undique simul adeunte Romano
postquam extrema barbari vident, certatim igne ferro inter
epulas venenoque, quod ibi volgo ex arboribus taxeis ex-
primitur, praecepere mortem, seque pars maior a capti-
vitate, quae morte gravior ad id tempus indomitis vide-
batur, vindicaverunt. haec per Antistium Furniumque 51
legatos et Agrippam hibernans in Tarraconis maritimis
Caesar accepit. mox ipse praesens hos deduxit montibus, 52
hos obsidibus adstrinxit, hos sub corona iure belli ve-
nundedit. digna res lauro, digna curru senatui visa est; 53
sed iam tantus erat Caesar ut triumpho augeri contem-
neret. Astures per id tempus ingenti agmine a montibus 54

2 menicebus (*2.* e *corr. in* i) *L* | belgicae *C* Atticae *Oros. VI 21, 5* | proeliatus *N* preliatus est. *L* | statim *om. C* | fugam (*om.* in) *L* ‖ 3 eminentissimum (*1.* s *sup. vers.*) *L* | uinnium (*ita etiam Oros. sed v. Ptol. II 6, 20*) *in* ui niuium *mut.* B^1 ‖ 4 quem *L* | romana arma *L* | astensura *L* ‖ 5 aracillum *N* dracillum *L* Racilium *Oros. sed v. Plin. nat. hist. III 24* | oppugnat B^1 ‖ 6 decem et octo milium B^1, *at v. Oros.* X͡V milium *N* ‖ 7 cõpræensum *B* cõprehensum ÷ *L* | cinxit *ante* undique *add. C* ‖ 8 inter epulas *om.* B^1 ‖ 9 uulgo B^1L | taxeo *B* [ex arboribus] taxeo *Iahnius* ‖ 10 praecoepere B^1 c praecipere (*priorem* c *expunxit m. 2*) *N* preripere *L* | magis B^1 | a *om.* B^1 | captiuitatem *L* ‖ 11 morte — indomitis *om. C* ‖ 12 uenundarunt B^1 | antatium B^1 antestium *L* | firmumque B^1 firmum *C* Furnius *Orosius* ‖ 13 legatos agrippam (s agrip *m. 2 in rasura*) *N* | in terra tonis B^1 intarrachonis *N* interraconis *L* ‖ 14 mox *om. C* ‖ 15 astrinxit B^1L | succoronatur rebelli *N* ‖ 16 dignas currus B^1 | uisa est senatui. *L* ‖ 17 etiam *N* Et iam *L* at iam? | caesar tantus erat *C* | augeri (eri *in rasura quattuor litterarum*) contempneret ut triumphos B^1 ut posset triumphos contemnere (contempnere *L*) *C*: *corr. Iahnius* augeri contemneret ut triumpho *Halmius* ut auderet triumphos contemnere *Sauppius, an* augeri *ex glossa* augustus *ortum est et olim fuit* ut triumphos contemneret? | 18 Hastures *L* | peridem *C* | montibus suis *C*

niveis descenderant. nec temere sumptus barbaris videbatur hic impetus; sed positis castris apud Asturam flumen trifariam diviso agmine tria simul Romanorum adgredi
55 parant castra. fuissetque anceps et cruentum et utinam mutua clade certamen cum tam fortibus, tam subito, tam
56 cum consilio venientibus, nisi Brigaecini prodidissent, a quibus praemonitus Carisius cum exercitu advenit. pro victoria fuit oppressisse consilia, sic quoque non incruento
57 certamine. reliquias fusi exercitus validissima civitas Lancia excepit, ubi cum locis adeo certatum est ut, cum in captam urbem faces poscerentur, aegre dux impetra-
58 verit veniam, ut victoriae Romanae stans potius esset quam incensa monumentum.

59 Hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit, idem rebellandi finis Hispaniae. certa mox fides et aeterna pax, cum ipsorum ingenio in pacis artes promptiore, tum consilio Caesaris, qui fiduciam montium timens, in quos

1 ut *post* sumptus *add.* *C* | uidebatur *om.* *C* ‖ 2 *tres litterae post* uidebatur *a tineis exesae, quarum prima fuit vel* h *vel* l *vel* b, *non* t *B*¹: *correxi* tum *Iahnius* | impes. ~ | et *N* impes . et *L* | astaram *B*¹ scuram *C* ‖ 3 triphariam *L* | castra · adgredi parant *N* castra aggredi parabant *L* ‖ 4 que *om.* *C* | ultimum *ed. Plantin.* diutinum? ‖ 5 tunc *C* | tamen *N* | tam subito *L Voss. Rehd.* quam subito *B*¹ iam subito *N* ‖ 6 c̃ (= *cum, con*) cum silio *L* | dri caecini *B*¹ drigaecini *N* drigenici *L, v. C. I. L. II 6094, Ptol. II 6, 29* | prouidissent *B*¹ | a *om.* *B*¹ ‖ 7 praemonitus (o *correcta ex* u) *B*¹ | aduenìens. *N* | pro uictoria fuit *om.* *C* | pro ut uictoria *B*¹: *corr. Iahnius* ‖ 8 opprӕssis sed (d *in* t *mutavit m. 2*) *N* oppressit *L* | sic tamen quoquo *B* sic tamen quoque *N* Sic quoque tamen *L*: *corr. Iahnius* ‖ 9 ualidissimi *N* ‖ 10 lancea *B*¹*L, at v. C. I. L. II 760, 2889, 4223, Plinius n. h. III 28, IV 118 alios* | excipit *B*¹ | cum locis *om.* *L* | loci *N* | pugnatum *L* | quum *B*¹ ‖ 11 poposcerentur *B*¹ | dux (x *correcta ex* i) *L* | impetrauerat *N* ‖ 12 *inter* uictori *et* manis *foramen, quo quinque circiter litterae haustae sunt B*¹ ‖ 13 *inter* incensa *et* umentum *foramen, in quo quattuor fere litterae ita perierunt ut ultimae litterae* n *altera hasta supersit B*¹ ‖ 14 His *L* | augusti belli ciuilium certamin (ũ *post* n *periit in margine*) fuit *B*¹ 15 hispania (e *post* a *periit in margine*) *B*¹ hyspaniae *L* | Mox certa *L* ‖ 16 arte *B*¹ partes *C* ‖ promptior et cum *N* promptione et cum *L* ‖ 17 fiduciā̃ (*virgula m. 2*) *N* | in quo *C*

se recipiebant, castra sua, quia in plano erant, habitare
et incolere iussit: ibi gentis esse consilium, illud obser- 60
vari caput. favebat consilio natura regionis. circa omnis
aurifera et chrysocollae miniique et aliorum colorum
ferax. itaque exerceri solum iussit. sic Astures nitentes
in profundo opes suas atque divitias, dum aliis quaerunt,
nosse coeperunt.

XXXIIII. PAX PARTHORVM ET CONSECRATIO AVGVSTI.

Omnibus ad occasum et meridiem pacatis gentibus, 61
ad septentrionem quoque dum taxat intra Rhenum atque
Danuvium, item ad orientem intra Cyrum et Euphraten,
illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant
tamen magnitudinem et victorem gentium populum Ro-
manum reverebantur. nam et Scythae misere legatos et 62
Sarmatae amicitiam petentes. Seres etiam habitantesque
sub ipso sole Indi cum gemmis et margaritis elephantos
quoque inter munera trahentes nihil magis quam longin-
quitatem viae inputabant — quadriennium impleverant;
et iam ipse hominum color ab alio venire caelo fatebatur.

1 sua sed quae *N* sua sedque *L* | inpleno *L* ‖ 2 bigentis *N* ingentis *L* | ubi *ante* illud *add. B*¹ | illud (d *in* t *mutavit m. 1*) *N* | obseruare *B*¹ ‖ 3 fauebat *om. C* | positura *B*¹ | cum *post* circa *add. B*¹ se *add. C* circumcirca *Iahnius* circa scilicet *Dukerus* circa enim *Halmius* ‖ 4 auriferae *B*¹ aurifera est *Iahnius* | et chriso calle miniique *B*¹ minimeque et chruso collæ *N* minioque et cruso colla *L* ‖ 5 ferax sit *supra recepto* cum *Baehrensius* | sic astare *B*¹ si castum res *N* sic astures *N*² sic hastures *L* | ut latentes *N* ut lactantes *L* ui latentes *Iahnius* ‖ 6 *post* profundo (*posterior* o *erasa*) *desinit B*¹ *in codicis pagina ultima, cuius vix quarta pars expleta est* | atque diui diuitias *L* ‖ 8 *om. C* ‖ 10 ad *ante* septentrionem *om. N* ‖ 11 danubium *L* | ecyrum *N* cirum *L*: *corr. Salmasius* | eufraten *N* eufratē *L* ‖ 12 illi (*posterior* l *supra versum m. 2*) *N* ‖ 13 uictoriam: *corr. vg.* | populi romani: *corr. vg.* [Romanum] *Tollius* ‖ 14 scythe (s *supra versum m. 2*) *N* scithe *L* ‖ 16 indicam gemmis *L* ‖ 17 munerat (t *expunxit m. 1*) *N* ‖ 18 imputabant. *L* | quam *ante* quadriennio (*sic*) *add. L* ‖ 19 et tamen: *corr. Mommsenus* tamen *del. Anna Fabri* | hipse (h *expuncta*) *L*

63 Parthi quoque, quasi victoriae paeniteret, rapta clade
64 Crassiana signa ultro rettulere. sic ubique certa atque
continua totius generis humani aut pax fuit aut pactio,
ausus que tandem Caesar Augustus septingentesimo ab urbe
condita anno Ianum geminum cludere bis ante se clusum
65 sub Numa rege et victa primum Carthagine. hinc con-
versus ad pacem pronum in omnia mala et in luxuriam
fluens saeculum gravibus severisque legibus multis coer-
cuit, ob haec tot facta ingentia dictator perpetuus et pater
66 patriae. tractatum etiam in senatu an, quia condidisset
imperium, Romulus vocaretur; sed sanctius et reverentius
visum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum, dum colit
terras, ipso nomine et titulo consecraretur.

1 uictoriæpertineret *N* uictoria permaneret *L Monac.*: *corr. Rehd.* | 2 signa *om. N* | cuncta: *corr. Freinshemius, v. p. 180, 15,* una *I. F. Gronovius* || 3 factio (c *sup. vers. m. 2*) *N* pactio *L Palat.* paccio *Voss. Monac. Rehd.* fatigatio *Hauptius* || 4 gaius augustus: *corr. Freinshemius* | septingentissimo *N* || 5 claudere N^2L | ante reclusum *L* || 8 cohercuit *L* || 9 sl *ante* facta *add. et expunxit L* || 11 sanctius (c *supra versum*) *L* || 12 co literas *N* colitteras N^2 || 13 L · ANNEI FLORI EPITOMA DETITOLIUIO · EXPLICIT · LIBER IIII; FELICITER · (FELICITER *om. L*) *subscripsit C*

P· ANNII· FLORI· VERGILIVS· ORATOR· AN poeta incipit.

† Capienti mihi in templo et saucium vigilia caput plurimarum arborum amoenitate, euriporum frigore, aeris libertate recreanti obviam subito quidam fuere, quos ab urbis spectaculo Baeticam revertentes sinister Africae ventus in hoc litus excusserat. quorum unus, vir ut postea apparuit litteris pereruditus, subito ad me convenit et 'salve' inquit 'hospes. nisi molestum est, dic nomen tuum; nam nescio quid oculi mei ammonent et quasi per nubilum recognosco quid istic.' 'hic', inquam, 'Florum vides, fortasse et audieris, si tamen in illo orbis terrarum conciliabulo sub Domitiano principe certamini nostro adfuisti.' et Baeticus 'tune es' inquit 'ex Africa, quem summo consensu poposcimus? invito quidem Caesare et resistente, non quod tibi puero invideret, sed ne Africa coronam magni Iovis attingeret.' quae cum me videret verecunde agnoscentem, in amplexum effunditur et 'ama' inquit 'igitur fautorem tuum.' 'quidni amem?' et manu

1 *cf. Macrob. sat. V 1, 1* | VIRGILIVS ‖ 3 Spatianti *Mommsenus* Cap. I. Enti *Elterus* Latenti? | quietem *post* mihi *add. Schopenus* in templo *glossam putat, quae genuinum verbum expulerit, Iordanus Hermae VIII (1874) p. 85 sq.* capienti mihi in templo Iovis temperiem et *Eussnerus Philol. XLIV (1885) p. 182 sq.* | capud ‖ 5 salubritate *Schopenus* ‖ 6 affrice ‖ 8 literis ‖ 9 inquid *et deinceps* ‖ 10 per nebulam te recognosco.' 'Quid istic?' inquam. 'Florum *Schopenus* ‖ 11 hic *ante* inquam *add. Mommsenus* ‖ 13 crimini: *corr. Schopenus* specimini *Eussnerus Philol. XLIII (1884) p. 661* ‖ 14 heticus | ille *ante* ex *add. Halmius* | affrica ‖ 16 affrice corona: *corr. Ritschelius* Africae corona magni Iovis obtingeret *Baehrensius* ‖ 19 manum

alterutrum tenentes avidissime nascentem amicitiam foederabamus, cum ille interim brevi intervallo usus 'et quid tu' inquit 'tam diu in hac provincia? nec in nostram Baeticam excurris nec urbem illam revisis, ubi versus tui a lectoribus concinuntur et in foro omni clarissimus ille de Dacia triumphus exultat? potesne cum hoc singulari ingenio tantaque natura provincialem latebram pati? nihil te caritas urbis, nihil ille te ⟨victor⟩ gentium populus, nihil senatus movet? nihil denique lux et fulgor felicis inperi, qui in se rapit atque convertit omnium oculos hominum ac deorum?' atque ego varie perturbatus 'quid nunc vis ego respondeam? o quisquis es, mihi quoque ipsi hoc idem mirum videri solet, quod non Romae morer; sed nihil est difficilius quam rationem reddere reatus tui. quare desine me in memoriam priorum reducendo vulnus dolorum meorum rescindere. propitia sit illa civitas, et fruantur illa quibus fortuna permittit. quod ad me pertinet, ex illo die, cuius tu mihi testis es, postquam ereptam manibus et capiti coronam meo vidi, tota mens, totus animus resiliit atque abhorruit ab illa civitate, adeoque sum percussus et consternatus illo dolore ut patriae quoque meae oblitus et parentum carissimorum similis furenti huc et illuc vager per diversa terrarum'. et ille 'quae tamen loca quasve regiones peragrasti?'

'Si ita indulges otio, plane quam breviter exponam nec invitus priorum recordabor. primum Siciliam nobilem vidi, domesticam Cereris. fecundam deinde Creten, patriam

1 alter alterum *Hauptius opusc. III 459* ‖ 5 omnium*?* ‖ 6 hoc *post* potesne *erasum* ‖ 8 victor *add. Ritschelius, v. epit. I 44, 3; II 1, 2* ille rex gentium *Baehrensius* ‖ 11 ad quae*?* ‖ 13 moror *Ritschelius* ‖ 14 actus: *corr. Freudenbergius* ‖ 15 priorem: *corr. Mommsenus* ‖ 17 a me ‖ 18 cuius (*infra* i *virgula*) quo tu *cod.* cuius, de quo tu *Halmius* cuius quod tu *Baehrensius* | palmam ereptam *Mommsenus* ‖ 22 et *add. Ritschelius* ‖ 23 vagarer *Ritschelius* ‖ 24 tandem *Schopenus* ‖ 25 Si tu *Schopenus* | sane *C. E. Georges Philol. XXXII (1873) p. 477* ‖ 26 ut *ante* priorum *add. Eussnerus Philol. XLII (1883) p. 13* | sisciliam (*posterior* s *expuncta*) ‖ 27 secundam: *correxi, cf. Avien. descr. 673 sq., Priscian. perieg. 526 sq.* Cereris sedem. deinde *Schopenus*

Tonantis, et a latere vicinas Cycladas salutavi. inde me Rhodos † et ab regressu Aegyptium pelagus, ut ora Nili viderem et populum semper in templis otiosum peregrinae deae sistra pulsantem. inde rursus Italiam redii, et taedio maris cum mediterranea concupissem, secutus Gallicas Alpes lustro populos aquilone pallentes. inde sol occidens placuit: flecto cursum. set statim par horrore, par vertice, par ille nivibus Alpinis Pyrenaeus excepit. vides, hospes, quae spatia caeli peragraverim, quae maris quaeve terrarum. non aliter mehercules, si conferre parvis magna licet, sacer ille iuvenis terras pervolitavit, cui Terra mater capaces oneraverat frugibus amictus, et cum alite serpente currum ipsa iunxisset, nisi toto orbe peragrato vetuit suas redire serpentes. liceat ergo tandem fatigato hic aliquando subcumbere. si Scythes essem, iam plaustra solvissem; si vagus gubernator, iam dicata pelagi deae prora penderet. quousque vagabimur? an semper hospites erimus? ferae cubile prospiciunt et aves senescunt in nido. si fata Romam negant patriam, saltim hic manere contingat. quid quod consuetudo res fortis est. et ecce iam familiaritate continua civitas nobis ipsa blanditur, quae, siquid credis mihi qui multa cognovi, omnium earum quae ad quietem eliguntur gratissima est. populum vides, o hospes et

1 invitavit *ante* inde *add. Freudenbergius* | me, *quod in codice deletum esse putabatur, omisso* Rhodon *Schopenus* me Rhodos habuit ingressum Aegyptium pelagus *Mommsenus* inde me Rhodos et ab regressu Aegyptium pelagus allexit *Ritschelius* pellexit pelagus *Hauptius opusc. III 586* pelagus attraxit *Baehrensius, an* et ab hac regressum Aegyptium excepit (*vel* tenuit) pelagus? *nisi forte plura exciderunt* ‖ 2 egyptium (i *sup. vers.*) ‖ 4 redii *correctum ex* uidi ‖ 5 medit erraneam: *corr. Mommsenus* mediterraneam plagam noscere concupiscerem *Ritschelius* | concupissem *corr. ex* concupiscem | sum *post* secutus *add. Ritschelius* ‖ 6 et *ante* lustro *del. Mommsenus* en lustro *Jahnius* ‖ 8 pireneus ‖ 10 non ultra *Mommsenus* ‖ 11 errans mater *Baehrensius* ‖ 12 alites serpentes curru *Freudenbergius* ‖ 15 sub umbra recumbere *Freudenbergius* | cithes: *corr. Welckerus* ‖ 16 si navis *Schopenus* ‖ 22 omnium rerum: *corr. Mommsenus*

amice, probum frugi quietum, tarde quidem, set iudicio hospitalem. caelum peculiariter temperatum miscet vices, et notam veris totus annus imitatur. terra fertilis campis et magis collibus — nam Italiae vites affectat et comparat areas — serotino non erubescit autumno. siquid ad rem pertinet, civitas ipsa generosissimis auspiciis instituta; nam praeter Caesaris vexilla, quae portat, triumphos, unde nomen accepit, adest etiam peregrina nobilitas. quippe si vetera templa respicias, hic ille colitur corniger praedo, qui Tyriam virginem portans dum per tota maria lascivit, hic amisit et substitit, et eius quam ferebat oblitus subito nostrum litus adamavit.'

Hic cum ego respirassem, statim Baeticus 'o' inquit 'beatam civitatem, quae in te fatigatum incidit. quem ad modum tamen te prosequitur, et quid hic agitur? unde subvenit reditus? an pater ab Africa subministrat?' 'inde nequaquam, cum hac ipsa peregrinatione offenderim. in reditu est mihi professio litterarum.' 'o rem indignissimam! et quam aequo fers istud animo, sedere in scholis et pueris praecipere?' ad quam illius interrogationem in hunc modum respondi. 'non miror te eius nunc esse persuasionis, qua et ipse quoque aliquando laboravi. toto enim quod egimus quinquennio isto ita mihi pertaesum erat huius professionis ut nusquam vivere putarem hominem

1 tardem: *corr. Schopenus* ‖ 4 italia: *corr. Ritschelius* ‖ 5 non serotino *Mommsenus* ‖ 7 portant *Ritschelius, at v. Mommsenus Hermae I (1866) p. 97 adn. 2* portendunt *Schopenus* ‖ 9 uetera (te *supra versum*) ‖ 10 tiriam | per tot maria*?* ‖ 13 beaticus ‖ 15 a te *post* hic *add. Ritschelius* ‖ 16 affrica | unde nequaquam: *corr. Mommsenus* unde tu putas, nequaquam *Schopenus* unde tu putas? a patre quidem nequaquam *Ritschelius* [unde] nequaquam *Hauptius opusc. III 459* ‖ 17 cum eum *vel* quem *Ritschelius* ‖ 18 redditu (*posterior* d *expuncta*) | possessio: *corr. Schopenus* | *post* litterarum *nonnulla intercidisse putat Ritschelius* ‖ 19 istud *correctum ex* illud | scolis | at ‖ 21 te *add. Ritschelius, sed melius fortasse ante vel post* esse *inseritur* | 17 aliquamdiu *Schopenus* | totum: *corr. Iahnius* ‖ 23 hic *post* quod *add. Schopenus* ab initio *add. Ritschelius* | isto|isto: *correxi* istoc ita *Mommsenus* ita *Ritschelius*

miseriorem. set subinde retractanti sortemque meam cum fortunis et ceteris vitae laboribus conferenti tandem aliquando pulchritudo suscepti operis apparuit. scire te ergo nunc oportet nullum magisterium, nullam procurationem, nullum honorem decerni, quantus hic sit nostrae professionis. nempe si mihi maximus imperator vitem id est centum homines regendos tradidisset, non mediocris honor habitus mihi videretur; cedo si praefecturam, si tribunatum: nempe idem honos, nisi quod merces amplior. si ergo non Caesar, sed Fortuna hoc genus stationis iniunxit uti pueris ingenuis atque honestis praesiderem, nonne tibi pulchrum ⟨videor⟩ atque magnificum consecutus officium? quaeso enim, propius intuere, utrum praeclarius sit sagulatis an praetextatis inperare? barbaris efferatisque pectoribus an mitibus et innoxiis? bone Iuppiter, quam imperatorium, quam regium est sedere a suggestu praecipientem bonos mores et sacrarum studia litterarum, iam carmina praelegentem, quibus ora mentesque formantur, iam sententiis variis sensus excitantem, iam exemplis ro***

1 et subinde retractant: *corr. Ritschelius* ‖ 3 pulcritudo ‖ 4 magis predium: *corr. Hauptius opusc. III p. 459* maius praedium *Oehlerus* ‖ 6 inputem: *corr. Iahnius* imperator centuriatum *Schopenus* imperator mille vel *Ritschelius* ‖ 7 honos *Ritschelius* ‖ 11 none ‖ 12 videor *ante* pulcrum (*sic*) *add. Ritschelius, post* pulcrum *Iahnius* pulchrum ⟨sum⟩ *?* ‖ 14 pretexiatis ‖ 15 iupiter | inperatorium ‖ 16 in suggestu *Schopenus* ‖ 19 excitantur: *corr. Ritschelius* | exemplis Romanae eloquentiae *Ritschelius, malim* e. R. historiae

INDEX

NOMINVM ET RERVM MEMORABILIVM.

Date Due

Author

Title

DATE DUE	BORROWER'S NAME